THERAPEVTA NEAPOLITANVS

MARCI AVRELII SEVERINI.

AD EXC: FRĀCISCV̄ MARINV̄ CARACCIOLVM ABELLIN: PRINC. ET ATRIPALD: DVCEM FELICISSIMVM.



THERAPEVTA NEAPOLITANVS,

Seu

VENI MECVM CONSVLTOR

Curandarum febrium, & internorum omnium morborum.

Inclusa Pædanchone affectu pestilente, ac pueros præfocante.

Cum Commentario Cl. Thomæ Bartholini Regis Danorum Archiatri.

Quæ SVMMA sunt, TERMINVS, & CARDO

Factitandæ necessariæ Medicinæ


ERVTA DE SCRIPTIS

MARCI AVRELII SEVERINI.

Ædidit

GREGORIVS VILLANVS ATRIPALDENSIS

Vtriusq; Medicinæ Doctor, Clarifs. Viri Auditor, & Obseruator.



NEAPOLI, Typis Roberti Molli. 1653

Sumptibus Ioannis Alberti Tarini.

THERAPEVTA NEAPOLITANVS

seu

VENI MECVM CONSVLTOR

[illegible], Signa, & [illegible]
[illegible] morborum

[illegible]
[illegible]

Cum Commentario Cl. [illegible]
[illegible] Archiatri
[illegible]
[illegible]
[illegible] necessariae Medicinae
[illegible] VTA DE SCRIPTIS

MARCI AVRELII SEVERINI

addit

GREGORIVS [illegible]
Vtriusq; Medicinae Doctor, Clarus Vir
Auditor, & Obseruator.

[illegible]

NEAPOLI, Typis Roberti [illegible]
[illegible]



ILL.MO, AC EXC.MO DOMINO

D. FRANCISCO MARINO CARACCIOLO,

Abellinatum Principi, Atripaldensium Duci, San Seuerinensium Regulo, ac Magno huius Regni Cancellario, &c.



Vm ipse (Excellentiss. Princeps) Heroum vestigijs insistas, quid ni tibi medicas artes ornamentum esse existimem? Achillem illum inter He-

Heroas non ſecundum his etiam artibus imbutum à Chirone, ſcientiarum omnium fonte, legimus. Maximilianus primus Imperator cum bellis ferè continuis laceſsebatur, & minimum ocij ad literarum ſtudia excolenda reliquum habebat, tamen ſępe de rebus grauiſſimis, tum è Medicina, tum è Philoſophiā ſępiſſimè diſsere ſolebat. Porrò à regia maieſtate nunquam hæc facultas abhorruit. Hanc igitur artem, vtpote nobiliſſimam, Reges meditari, & exercere quondam nequaquam dedignabantur. Quales fuerunt Sabor, & Giges Medorum Reges; Sabid Rex Arabum; Mithridates Ponti Rex; AEgyptiorum Hermes; Cordubæ Principem,

non-

nonnulli dixerunt Auicennam. Mesuem verò à Regia familia ortum medicinali scientia instructum, adhuc post obitum inter viuos versari videmus, nec inferiorem parentum dignitate gloriam rerum cognitione acquisiuisse. Tu quoque (Princeps Excellentissime) tuorum maiorum splendori lucem addis, cum his artibus seriò incumbas. Quare non ab re duxi præclarissimi mei Magistri opus tibi dicare, cui VENI MECVM Medici Curatoris, ideſt Praxis curandorum internorum morborum Neapolitana, nomen est, in qua fere oculorum vno inspectu, Geographorum more, totam medicam artem breuissimè, ac

graphicè descriptam inspicies. Non tantum, vt aliquid tuo genio darem, medicum hoc opus tibi nuncupo, sed vt aliquod meæ in te obseruantiæ argumentum etiam præberem. Tandem hunc laborem amantissimi mei Magistri animo benignissimo recipias, & per Nestoreos annos viuas vitam rogo. Vale, ornamentum, & totius Italiæ nostræ decus.

Excell. Vestræ

Seruus Humillimus, & Homoligius

Gregorius Villanus.

IN-

INGENVO LECTORI

Operis Insinuatio.

IMmensitas Artis medicæ (benigne Lector) arctissimam humanæ vitæ periodum sic excedit, vt nemo quantumuis ingenio fœlix, ac sedulus amplissimos eius fines Hippocrate, & Galeno comprobantibus, perstringere queat. quapropter summa cura mortalibus enitendum est, vt quidquid memorabile exploratum, siue mentis vi siue industria, siue tradentium beneficio nobis innotuit, literis, & posteritati candide tradatur. Ideo vederer ipse mihi non nihil delinquere, si iuuandæ humanitatis haud leuem, quæ se affert, occasionem oculis conniuentibus omitterem. Enimuero inter vniuersas lucubrationes, quas admirando vir ingenio M. Aurelius Seuerinus *præceptor meus in omni vita summa cum sua laude complexus est: practicum iuuenum ad medendum apparatum non inuidente genio pertractauit; quem ego suis in pluteis aliud agens inueni nuper; Schediasma perbreue, & compendiosum, quod ex obseruationibus, & curationibus omnigenis, atq; ex doctissimorum Medicorum congressibus ineunte iam adolescentia sub primis medendi stimulis, velut apis è varijs floribus, excerpsit; experimentis, & ratione sic solidatum, atq; contextum opus, vt ex hoc vno præcocis ingenij specimine non obscurum sit, ad mirabilem hunc virum genuinum naturæ inter*

pre-

pretē, & omnis scientię compotem secū initio duxisse copiosa disciplinarum semina; de quibus primis naturæ charagmatis, & initijs idem fusè disseruit in opere incomparabili, quod nullo exemplo hactenus viso, aut audito, sed suo ipsius lumine, & Idea composuit, emphytologicen, & physiagogiam inscriptam methodum methodorum primam, & pędiam summam, qua vna lustratas in naturæ libro nonnullas artes, artiumue partes composuit, quæ sunt Physiognomonia medica; Zootomia; Dimiatria; Pneusitheoria; Pneusichthyia cum multis epidochis perelegantibus annexis; Agyræma; Vipera Pythia; Magirium naturale; Symbolæ anatomicæ; Apostimatias; octo Differentiæ Chirurgicæ, quæ sunt Exegematica; Illustrata; Authentica; Inermis, et Spiritalis, Efficax; Traumatica; Trimembris, & Scholastica fructuosa à maioribus non traditæ, cuius compositiones aut Ideam contemplati, aut fructus admirati longinquius germanica gens prima atque ad extremam vsque arctum exteri, præstantem Seuerini *virtutem, & nouam scribendi sagacitatem non obscurè videntur agnouisse. Hanc autem indagandorum dogmatum dioptram in lucubrationum suarum Synopsi promissam, & à plerisque doctissimis Europæ viris efflagitatam non longo post tempore sicut confido, promulgabit, & non obscurabit Galeno, non dubito, cognitam, & ostensam in libris 14. de demonstratione, quæ tamen hodierna die non extant. Quas ob res omnes non aliena per Deum à tanto viro praxis hæc physiatrica censeri debet. simul ac enim insignis*

vir

vir laurea donatus est Apollinari, Hippocraticæ facultatis improbo cum labore, quotidianisq; cum experimentis medullam suxit; ac ne sibi pars vlla Hippocraticæ medicinæ deesset, Cheirurgicis iam grandis natu se tradidit ergastirijs: in quo ministerio, quia longè maiorem, quam in ceteris medicinæ partibus reperijt agendi certitudinem, actorumq; constantiam, mirificas vt hauserit hoc de fonte pragmateias: in hac optima tamquā statione sistendum sibi viriliter decreuit; non sic præcisè tamen, vt penitissimam internæ medicinæ meditationem, & curam animo, vel vsu deponeret suo; quod continuo patescet, cum in lucem geminum cōsultationum medicarum nominibus, & conditionibus singularium, & certorum ægrotorum, & collegarum prænotatum prodibit opus, quod non modo vitiorum externorum, verum etiam internorum remedia quam felicissime cōmonstrabit. Nec vero nouum est ab vnico Opifice duplices pertractari facultates. Enimuero Gulielmus à Saliceto, & Hieronymus Fabricius ab Aquapendente Chirurgici medici solennes, medicam curandarum internarum affectionum methodum ædidere: Gabriel vero Falloppius de medicamentis internè purgantibus, ac de natura fossilium, ac de thermis, deq; alijs huiusmodi physicis thesibus conscripsit. Quo pacto & huius sectator Phil. Ingrassias in Auditorio Neapolitano, tùm clinicam medendi partem docuit, tùm etiam Anatomicam, & Chirurgicam, vsque adeo vt Chirurgicus per ironiam ab obgannitoribus Scholasticis publicè fuerit indigitatus, quam rem

ipse

ipse de se perbibuit in Iatrapologia. Taceo Iul. Cæsarem Arantium Bononiensem, Iul. Cæsarem Cassertum Placentinum, & Gasparem Taliacotium, aliosq; ducentos, quos hic Author in Physico Chirurgico Illustratæ suæ chirurgiæ c.14. nominauit. Hoc igitur enucleatum, & luculentum practicæ medicinæ subsidium gestiens, plaudens, & auidis occurrens vlnis, cordate Lector, *excipias, decet, quam hic physiatrus absolutissimus paratum olim velut enchiridion, sibi, suisq; conscripserat, præcisis ex industria nil operantibus sæpe notionibus subtilioribus, & à* Galeno *vocatis logiatrijs; sed qualem ad vnguem epitomen morborum internorum curatiuá ex Marco Catinaria nunquam satis laudatus descripsit Iacobus Syluius. Quo demum ipse, tùm magistri, tùm meo velut auxiliarij labore gaudeas velim, vt ego tui gratia,* Lector *amice, gaudeo, qui compos es factus consultoris tam medendo parati, qualis est VENI MECVM noster optimo quidem & illo iure vocatus, quod moneat praxeos medicinæ studiosos, vt præ manibus codiculum semper habeant; si munus suimet ipsorum ritè, rectèq; & cum ægrotorum fructu peragendum exoptet, quemadmodum docet satis emblema primo operis fronte præfixum. Adiecimus ad hæc eiusdem* Seuerini *Pædanchones pestiferæ curationem, tùm quia Francofortensibus idest longinquis Typis expressa, & per Academias omnes Europæ distracta, visebatur hic infrequẽs, quæ quidẽ Vrbs, quauè ditio nostra tam plane frugifero, tamq; necessario adiumento quid caruisset aperta cum*

inim-

iniuria, certoq; cum detrimento? tùm quia coniecimus & commentarium, quem super tractatum accuratè, grauiter, ac perdoctè elaberauit aliorum complurium immortalium Autor praeclarissimus Thomas Bartholinus, & Danorum Regis Archiater dignissimus. Cæterum vnum abs te velim, æquus sis mendis aliquot clementer condonandis, aut non continenter opprobrandis, quæ vitio festinationis, aut nostri minus vacare valentium, aut excusorum parum aduertentium operis irrepserunt. nulla siquidem intendi tam oculata potuit industria, quæ satis esset. Hæc igitur vbi fas est, comiter, & fraternè dissimula, necnon gratuitò nos de te, deq; tuis studijs benemereri studentes ama.

Adduntor in Pædanchones partic. vij. satisfactoria pag. 70. & 71. Si supernæ partes turgeant, quæ circa caput, vlcerum purgatio, vomitus, aqua. Hippocr. l. 2. epid. sect. 6. in quam rem adi Vallesium p. 218. Sal autem vitrioli vomitorium competens, & frugiferum Anginæ mõstrat Io. Quercet. loco eiusdem argumenti proprio, & Angelus Sala in Iatrochymicis, qua de Sale vitrioli parando.

Illu-

ILLVSTRIVM AVTORVM

ELOGIA DE SEVERINO.

QVoniam autem exorsus fueram orna-
menta Seuerini,id ne priuatæ meæ af-
fectioni,gratiæuè referas Lector: en di-
ctis,& velitationi meæ succinunt eximij, &
veritatis præiudicatæ viri,à quorum iudicio
minimè discrepet cordatus homo quispiam.
vtinam autem omnes hac loci angustia pro-
ferri fas esset.è paucis igitur prodeat primus
Epiphanius Ferdinandus vir plurimis, & his
vsu probatissimis monumentis conspicuus:
qui viuens vbi prima Marci scripta delibas-
set,hæc ad eumdem scripsit. *Legi tuum He-*
ptalon admirandum medicum opus. In hoc fa-
cilè (ita me Deus adiuuet)perspexi adeò desi-
deratam illam ab Aristotele saphiniam in-
scribendo, necnon ἀγχίνοιαν *seu sagacitatem,*
tuumque acre,ac vastum ingenium. quo qui-
dem factum est; vt simul cum his in te scien-
tiarū ambitus ille optatus(græci encyclopædiā
appellant) maximè eluceat:vnde tu solus per
Iouem aliquando (nam ero μάντις ἄριστος *) de*
ignorantia triumphabis:& sanè triumphasti,
cum medicorum sis iubar, & coryphæus. per-
gratum facies,si ad me scripseris aliquem tibi
reconditum vsum Venæ Saluatellæ. in cu-
ius gratiā Seuerinus iustum Seilomastigis vo-
lumen emisit Francofurti Typis exprimen-
dum,&c.Ità quidem non vnus è ditionis no-
stræ viris.

E Ge-

E Genuensi vero memorabo primũ vniuersæ sapiẽtiæ diuinæ, atq; humanæ condũ, & promum omni laude maiorem Fortunium Licetum, qui profatus est alicubi sic. *Non sine magna iucunditate, parique vtilitate legi solidè doctas Seuerini commentationes in particulam Timæi Platonici de Respiratione pertractantem, & in opusculũ Theophrasti de piscibus in sicco degentibus, vbi se peritissimũ exhibet Academiæ pariter, atq; Peripati, &c.* quæ in 2. & 5. de quæsit. ad quæsita Seuerini.

Ex Vrbe verò Roma præclarissimus, & singularis Autor, Archiater item longè dignissimus Paulus Zacchias in familiari, & genuina sua quadam epistola tamquam ex Tripode breuibus, & argutis de nostro viro verbis perorauit ad hunc modum. *Quanto m'insuperbisco vedermi honorato dal Signor Marc' Aurelio Seuerino, persona à giuditio del* Mondo, *delle maggiori, che habbia la Republica de Letterati*, &c.

Ad hos quid senserit de nostro Autore sagacissimus P. Castellus patefiet ex eiusdem medic. Epist. V. Seuerino inscripta.

Sequutus est ex Florentino lepore naturæ rerum scientissimus, & Asclepiada subtilissimus Io. Nardius, qui *Pro xenijs* ait, *Natalitijs tibi debitis, en turbellam, quam excitauit D. Chefsletius de Acta.* Cor. Cel*si: Durum mihi videtur ferreo filo, quod ille probare nititur, consui tunc temporis vulnera consueuisse. quæso Te, cui vtraq; medicinæ pars exploratissima est, per ocium profer iudicium.* Me-

Memorandus & hic eſt Pythagoricæ, Ægyptiacæ,& arcanæ, dogmaticæq; ſapientiæ myſta Sũmus Athanaſius Chircherius è Soc. Ieſu,qui inquit,*Certè literæ tuæ, & ſtyli elegantia perpolitæ, & omni humanitatis genere conditæ,tales omnium opinione viſæ ſunt, quæ æternitati conſecrentur, quod quidem peroportunè in Oedipi opere fieri poſſe cogitaui .in quo literæ tuæ immortalitatis trophæo affixæ, quantum Marco Aurelio Seuerino grata poſteritas debeat, ſat ſuperq; docebunt. Viperam tuam Pythiam è manibus non depono,ſemper in omnem occaſionem intentus, vt quanto beneficio, rara, & recondita tua doctrina Remp.literarum obligaris,in Arte magnetica, quæ iam tertia parte auctior,& iam tertio recuditur,mundo aperiam.*

Accedit nunc, ⦁ qualis ſcribentium cenſor, & homo naſutus, vt oculatus, & profundè ductus Gaſpar Hofmannus, qui ſcribens ad Seuerinum, hoc illum modo compellat. *Opus tuum de abſceſſibus, & commodè ad me venit per D.Veslingium, & lectum à me eſt (nihil fingo)cum ſtupore: Tu perge quæſo,& Zootomiam quoq; tuam communica.*

Non indictus autem hic ibit mihi ſcriptor multiſcius, & omnis naturæ conſultiſſimus Hermannus Corringius, qui librum exquiſitiſſimum de calore innato nuncupauit Seuerino, virum hunc aliquando ſic affatus. *Eximia excellentiæ veſtræ eruditio perſpecta mihi fuit ex aureo de Abſceſſibus tractatu,*

ctatu, cui parem fateor alium eius argumenti non vidit hac ætas: nec parum auxerat opinionem mihi index librorum, quos impostetrum expectare iubebat Volchomerus.

Inter hos vero Ioannes Veslingius in Patauino Lyceo Botanicæ, & Anatomicæ rei professor eruditissimus sic Seuerinum interdum alloquutus est. *Fuit olim, quem à Gadibus ad Liuium visendum fama accersebat: Hodie ab intimo Germaniæ recessu, Belgio, Britannis, Danis, & ab vltimo septentrione ad Te virorum optime, Neapolim properant, non inania capita, sed solida, & eximiæ virtutis pectora, ingeniaq; lectissima,* &c.

E Germanicis vero viris & lynceis laudatissimus Ioannes Faber Bambergensis hæc ad Seuerinum aliquando scripserat. *Vtinā, Aureli, mihi subinde in Natura illo theatro, in Vulcanio foro, in agro, inquam, Puteolano, in Academijs vestris Parthenopæis, quas frequentant, Imperati, Columnæ, Schipani, Capacij,* Portæ, *Stelliolæ, Campanellæ viris istis, quos* Tulliana *Musa eloqui finxit, poetici lepores fœcundant, Oratorum grauitas exornat, Annalium fidelitas illustrat; philosophica deniq; lima conspicuos mundo reddidit, interesse liceret, inter quos, haud fallor, ipse,* Marce, *cum primis eluces. Illud autem physico Chirurgicum opus tuum fac, vt aliquādo videamus,* &c.

Ad hos Thomas Bartholinus Danus vir scribendorum insignium librorum gloria refertissimus; *Præclara* (inquit ad Seuerinum)

§ § *no-*

nominis tui fama excitatus curiosi ingenij Volchomerus noster post suum è Germania reditum, quùm ex admirandis ingenij tui monumentis doctrinam hactenus agnorit, coram intimiori cultu gestit accuratiùs percipere.

Deniq; concludam sermonem cum perspicacissimo Harueo, qui scribens ad Seuerinum ait; *Gaudeo mihi pariter, ac tibi gratulor de literatissimo opere tuo de recondita abscessuum natura, quod mihi dono dare pro tua beneficentia voluisti. perlegi auide cum incredibili animæ iucunditate, vtpote cum lepore, & venustate conscriptum, nec minori meo fructu, tum propter illorum morborum plenam conditionem, perfectamq; notitiam manifestam, tum multis nouis obseruationibus, medicamentisq; locupletatam, & exornatam disciplinam*, &c. alia grandi cum æstimatione de Seuerino prædicata.

Non persequor vltra quamplurimos inclitos Professores, qui plenis Aurelium buccis extulerunt. hic equidem interseco multa: tu sustine parumper moram: ducentos postmodum audies vi candoris, & dictante veritate grauissimos, & optimos quosq; viros mirum in modum Eulogos de Seuerino, Danos, Borussos, Anglos, Celtas, Allobrogas, Belgas, Saxonas, Francos, Noricos, Italos, &c. qui templum honorum Aurelio nostro construxere.

NO.

NOMENCLATOR MELETEMATVM & Diatribarum SEVERINI.

*Aedita Volumina sunt * asterisco notata.*

Ex Physiologia.

PHysiagogia, & Emphytologice prima principia sciendi demonstrata.
Dimiatria.
Physiognomia medicinalis, & compar ethophysiognomia distinctæ.
Physica genuina Nicolai Cabei, cum IV. meteorologico, & lib. de calore vno Seuerini.
* Pneusitheoria) iam iam euulgandæ Neap.
* Pneusichthyia) per Io: Albertum Tarinum
* Cyrtologium Platonis in Timeo, seu de cõtextis affabre sub animãtis ergastulo nassis.
*De piscibus in sicco viuẽtibus iustus in Theophrastum Eresium commentarius.
* Phoca illustratus.
* De veneno radij Pastinacæ marinæ.
* Vipera Pythia .i. de Viperæ natura, veneno medicina demonstrationes.
Agyrema.
Magirium naturale dioptra perlustratũ eiusdem Seuerini.
* De lapide fungifero.
Diuinator, seu de diuinatione rerum naturali.

E Re Anatomica.

* Zootomia Democritœa.
Symbolæ anatomicæ.

Epi-

Epidochæ discusſiones quatuor in totidem anatomicas quæstiones Iulij Iasolini præceptoris.
De vtero, & fœtu, & reliqua Anatome, tum ordine compositiuo, tum diuisiuo.

E Re Medica.

* Apostimatias, quod alias de recõdita abſceſſuum natura inſcriptum eſt.
Item alterius tomi coagmentum cum figuris.
Seilomaſtix, ſeu de phlebotome ſaluatellæ.
Conſultationum medicinalium in vtraq; Rei medicæ facultate; tomi duo.
Anterotematum, ſeu reſponſorum medicinalium, & varia doctiſsimis amicis inſcripta miſcella; tomi duo.
* De Choccolata indico medicamento.
Diſceptationes Anatomicæ, ac Medicæ.
* Therapeuta Neapolitanus, Venimecum inſcriptus Conſultor practicę medicinæ Neapoli excuſſus ære Io: Alberti Tarini.
Nuſophthalmia, ſeu de vitijs oculi dignoſcendis, atq; medendis.
Chirurgia Illuſtrata.
* Efficax medicina.
* Chirurgia Trimembris.
Chirurgia Authentica.
Chirurgia Traumatica reſtituta ; Ad quam acceſſerunt animaduerſiones chirurgicæ, & il Medico à roueſcio.
Chirurgia Inermis.

Chi-

Chirurgia Scholaſtica duplex maior, minor.
Sophiſtica medicina detecta Satyra pediſſequa Brancaleonis.

Paraphraſes, & exegeſes, ſeu Commentaria noſtra Principes in Autores.

In Hippocratis libros technicos ſingulos cōmentaria, & in alios, pleroſq; lib. indigitamenta.
In Dioſcoridæ libri primi proœmium, & in reliquum de medica materia paraphraſis, & notæ tantum non abſolutum opus.
Pro Galeno defenſiones aduerſus Trallianum, Auicennam, magnum Commentatorem.
In artis Galeni medicæ librum primum diatribæ.
In Haruei lib. de cordis, & sāguinis motu analecta marginalia.
Scribonij largi vita, & in eiuſdem compoſitiones aduerſaria.

In Rem Chirurgicam commentaria, ex quibus Ars Chirurgica conflatur exegematica.

In librum de vlceribus Hippocraticum commentarius.
Item in librum de vulneribus capitis Hippocraticum commentarius.
Paraphraſis in procœmium generale Celſi.
Commentarius in Quintum de re medica Celſi.

In

In eiusdem Autoris octaui libri caput 4. Paraphrasis.
De vulneribus neruorum ex Galeno.
In Auicennæ tractatum de vlceribus metaphrasis.
Item in Auicennam de vlceribus generatim.

Exoterica.

Aduersus Astrologos declamatio adscito Sexto nostra versione.
Præfationes, laudationes, testationes.
Vita Seuerini ab optimo viro Georgio Volchomero hospite suo descripta, elogijs aucta de Seuerino prædicatis per Cl. quosq; viros Italos, exteros, & longinquos.
Græcismus deriuatus, quo cum comprehenditur Grammatica græca per verborum species vt latina, digesta.
Epistolarum latinarum centuriæ paulo tribus minores.
Iuuenilia, tum carmina, tum prosæ genij gratia seruata.
Problematologus variè contextus.

In genere logico.

De locis dialecticis ex Rhodolpho Agricola.
Rudimentum de norma repetitionis ab Auditoribus retinenda.
De Methodis doctrinarum ex Zabarella, &

Ca-

Capiuacca cum Ariſtotelis organi compilatione coniunctæ periochæ.
Animaduerſiones in Ariſt. de binis methodis ſynthetica, & analytica.

Ex Phyſicis.

Animaduerſiones in Ariſtotelem de calore natiuo.
De rerum ortu ſimplici, de elementis, de generatione, de miſtione, &c.

Oratorij, & Poetici argomenti nella volgar fauella.

Declamationi contro i migliori filoſofi, & oratori.
La Galleria del Caſa, cioè delle bellezze, & degli artifici oſſeruati nelle rime di Monſig. della Caſa, con cui van congiunte la topica di Giulio Camillo dal Seuerino ricompilata & vn, della comedia antica, trattato.
La Filoſofia, ò vero il perche degli Scacchi.
* La querela della (&) accorciata.
Et alia, quæ viſa recenſuerunt tum in Præfatione ad opus Simonis à Campo doctiſſimus, & diſertiſsimus Honophrius Riccius Profeſſor Medicus Neapolitanus, tum in priore Nomenclatoris æditione vir abſolutiſsimus Thomas Bartholinus Dani Regis Archiatros.

IMPRI-

IMPRIMATVR.

Gregorius Peccerillus Vic. Gen.

Io: Dominicus Gallus Dep. vidit.

M. F. Ioseph de Rubeis Ord. Min. Conu. S.T.D. Emin. Card. Philamar. Theol. & Consult. S. Officij.

IMPRIMATVR.

Zufia Regens. Caracciolus Reg.

Capyc. Latr. Reg. Garzia Regens.

Prouisum per S. E. Neap. die 22. Aprilis 1653.

Barrilis.


MARCUS AURELIUS SEVERINUS
Ora quidem est ausus MARCI describere Pictor:
(Vis tamen ingenij, lingua, manusque silent.
Lingua manusque silent, et mens intacta, sed isthaec
Prodita multiscijs stant reseranda libris.)
Gulielmus Ernestus Schefferus francofordiensis gratabundus P.

COROLLARIVM
APHORISMORVM
Hipp. lib. I.



ET si equidem noram nonnullos esse, qui negent mutuum aphorismorum Hipp. ordinē aut connexionem tradi certissimam posse; quod sine hac scriptos arte putent: ego tamen non sum diffisus rationem quampiam excogitare, qua non omnino dissoluti, nec πολύσπαρτοι viderentur. Et id quidem in primo libro luculenter satis cum Gal. præstitisse mihi videor. In alijs vero libris, siquidem id mihi per vires meas, aut per rei conditionem licebit perficere, studium certe non deerit. Sed enim vtcumque per omne tempus res cedat; exercere tamen nostrum hac in parte ingenium non piguit. Cui autem penitus difficile, & absurdum videbitur eo iudicio vsum Hipp. postquam perlegerit commentariolum hunc meum, persuasio nulla est amplius: sed veluti si promiserim iucundissimum cibum, hic postea non perplaceat, nihil tum cogam, & me continebo.

In hoc primo libro Aphor. agit Hipp. de duob. de Diæta, & de purgandi ratione.

De Diæta quidem ab Aphor. 5. vſque ad 20. excluſiuè. In ceteris vero de purbationibus, vt ait Gal. ad calcem com. vltimi in hunc librum.

Agam prius de methodo doctrinæ ſiue inſtituto Hipp. quoad diætam, mox vero de alia quoad purgationem.

PRincipio tria ſunt capita quibus tota victus ratio omprehenditur, quantitas, qualitas, modus, vt docet Gal. comm. 19 huius libri. Quare facile apparet errare eos, qui pro re vna nominant diætam, & victus rationem, cum vtraque longe aliam ſignificationem obtineat.

Victus enim, & diæta ſibi mutuo reſpondent, ſignificantes materiam, & cibos ipſos, victus autem ratio quantitatem, qualitatem, & modum victus, quas ſi breuiſſime complecti velis, præſcriptam viuendi formulam dixeris Quæ dixi, cognoſces apertiſſime ex verbis græci textus in aphor. 4. huius libri.

Diæta in quantitate duplex, tenuis, & craſſa. De tenui quidem principaliori parte diætæ agit Hipp ab aph. 5. vſque ad 20. vt diximus de craſſa autem non meminit, ſed in potentia videtur dixiſſe de ea, niſi tamen dicas

dicas quod in aph.5. de ea differit.

Quia vero dubitabatur in vtro morborum genere tenuis diæta exhibenda sit: in longis ne morbis,an vero in acutis: distinguit Hipp. in aph.4 in morbis longis conuenire,in morbis vero acutis aliquam do conuenire , aliquando non item.

At quia potest esse comparatio, quæ nam in vniuersum sit eligibilior ne diæta , an admodum exquisita : satisfacit Hipp.huic quæstioni dicens,& in salubri,& in morboso statu victum exquisitum eum periculo opponi, propterea quod errores, qui committuntur tunc temporis grauius feruntur,quod quidem periculum caueri vult.

Et amplius cum morborum acutorum alij sint acuti , alij peracuti,descendit in aph. 79. ad speciem peracutorum , vt in illis diætam hanc tenuem præcipiat. Et primo peracutorum cognoscendorum tradit hoc signum, quod statim extremos habet labores , mox decernit diætam tenuissimam institui oportere.

At quia est aliqua latitudo, siue amplitudo huiusmodi tenuis diætę præcipit in eodem aph.tantum cibi indulgendum esse, quantum morbus fuerit mollior extremis, idest vigore summo.

Quam sententiam vniuersaliorem fecit 10. aph. nec amplius ab hoc ille aphor. vt declarat ibi Gal.

Cum vero per Galen. in comm. 12. in primum hunc librum tres ſint intentiones ad perfectam, & indeficientem victus rationem prima quidem ſumpta à viribus ægrotantis, ſecunda ex morbi conſtitutione,& tertia prę- ter has particularibus acceſſionibus : quoad indicationem ex conſtitutione morbi dicit in 8.aph.Cum morbus iam in ſuo vigor conſtiterit extremè tenuiſſimo victu vtendum eſt.Cauſam vero affert Gal. in comm. proper ſymptomatum magnitudinem, & morbi coctionem.

Quoad ſecundam indicationem, quæ eſt indicatio virium monet in 11. vt quantitatem declinationis victus ab extrema tenuitate capiendam exquiſitè noſcamus, quæ certè obſeruatio receſſus ab extrema tenuitate gratia virium fit, vti annotat ibi Gal.

Quoad tertiam indicationem, quia particulatim victus conuenienter eſt offerendus, docet in 11.aph.cauendas eſſe acceſſiones.

Ad quas quidem acceſſiones, & conſtitutiones cognoſcendas iubet in 12.aph. obſeruanda eſſe anni tempora, & circuituum ſucceſſiua incrementa, & ſigna, aut aliquo poſt tempore apparentia.

At vero,quia ætates,& tempora anni conducunt maxime ad victus rationem inueniendam propterea de primo agit ab aph. 13. vſque ad 15.excluſiue. De ſecundo vero à 15. vſque ad 15.incluſiue.

De

De temporibus vero anni insuper 18. hic tamen disputat de æstate,& autumno in prioribus vero de hyeme, & vere, quorum vtrorumque hæc est comparatio, & hæc differentia, quod ibi dicit in prioribus temporibus facillime cibos ferri, in posterioribus difficillime.

Et quoad ætates,quia istarū hæc sub augumento est, hæc sub consistentia, hæc sub declinatione de singulis agit, quasi per gradus ascendendo, eas inuicem comparans.

Et siquidem cognouimus quantitatem diætæ sumendam à motu morbi, vel chronici, vel acuti,vel peracuti,& ex constitutione, & ex viribus quasi præmeditatione anteuertentes minutè, & exquisitè durationem morbi, & virtutis tolerantiam, tum quoque ex ætatibus, & anni temporibus posthac,& qualitatem callere debemus.

Propterea de illa vnico aph.16.edisserit dicens victum humidum febricitantibus omnibus conferre & maxime pueris, & ijs, qui eo victu vti consueuerunt. Cuius hæc est ratio.

Pro confesso est,& ipse alibi, dixit contrarijs contraria opponi, & quanto quis à statu sanitatis recessit, tanto vehementiora adhibenda contraria esse. Quapropter, & similibus,quæ secundum naturam sunt gaudere.

Format itaque aphor. In febricitantibus victum humidum in pueris autem alioqui

humidis, & alijs humido victu assuetis humidum deberi.

Et siquidem tradidit secundò præcepta, quoad qualitatem victus, subdit hæc quoque. Tertiò quoad modum offerendi in 17. aph. ita enim Gal. ait non enim sufficit hoc ipsum solum cognoscere, quod huic plus, vel minus sit offerendum, vel quod victu humectante, vel exiccante vtendum sit, sed nunquid semel aut sæpius qualibet nocte, vel die cibum offerri oporteat, necessarium est considerare, & ad hæc ipsa à tempore, ab ætate à consuetudine sumere indicationes sicut in quantitate, & qualitate, & cætera, omnia quidem diuine explicat.

Aph. vero 19 quia ad modum diætæ maxime conferunt accessiones non temere Hipp. meminit earum vltimo. Cuius aphor. hæc est analysis. In morbis obueniunt accessiones, vel ordinatim, vel inordinatim.

Obuenientes ordinatim docent tempora particularia ciborum. In horum itaque accessionibus nil dare neque cogere oportet.

Longe autem diuersus est hic aph. ab 11. nam ibi docet cibandi tempus incongruum esse in accessionibus. Hic autem dicit ante accessiones subtrahendum potius cibis quã addendum. Tempus autem ante accessiones cognosci ait, si illæ fiant ordinatim.

His de victus ratione iam habitis ab apho. 4. vsque ad 20. cæterum in reliquis aphor. agit

Hipp.

Hipp. de purgatione, qui videlicet sunt num. 7 primo excluso, qui libri, & operis totius prooemium est. In quibus fere omnibus, vt non fallentem purgationis normam præscribat, à communissimis, & facilimis, vt initio libri de officina medici propositum est, auspicandum præcepit.

Ea sunt videlicet exemplar naturæ, quam sibi medicus imitandam, perpetuo proponere debet. Itaque natura ipsa dum inculpatè purgat, in eo probatur eiusdem opera, quod, quid, quale, quantum, quando, & qua via purgare expedit, secernit. Porro pertinent ad quid aph. 2. & 25. Ad quale aph. 20. Ad quantum aph. 3. & 23. sed ea tamen inter hæc differētia: quod in aph. 3. ratio exponitur sanitatis conseruatiua, aut præseruatiua: in 23. vero morbi curatiua. Ad quando aph. 24. denique qua via aphor. 2. ostendit.

Vel hac alia ratione.

INstituit *H*ippocrates non fallentia præcepta purgationis. Exorditur quasi sic via resolutiua.

Purgatio quædam habet essentialia, quædam accidentalia. Essentiale quidem est id, quod peccat in corpore expurgare (Definitio namq, Galeni est comm. 2. in hunc librum; Purgatio est humorum sua qualitate peccantium euacuatio.) Accidentalia vero purga-

tioni sunt quantitas,tempus,& via. *H*ęc quidem singula secundum consuetum naturæ morem moderari nos docet *H*ipp. Quid scilicet in aph.2.& 25.Quale in aph.20.Quantum in aph.3.& 23. atque hoc prout supra distinximus. Quando in apho 24. Qua via,& vnde aph. 21. non aliter sane quam in superiori ratione mostratum est.

*H*actenus de purgatione *H*ip. quæ quidem omnia arbitratu tuo ampliare, atque exornare poteris.nostrum fuit tantum hæc præmonstrasse angustia pressorum non concessi oci.



DEFLORATIO
LIBRI DE FEBRIBVS Auicennæ Can. 4. fen. 1.

DEfinitio febris. Eſt calor extraneus accenſus in corde,& procedens ab eo mediantibus ſanguine, & ſpiritu per venas, & arterias in totum corpus, & inflammatur in eo inflammatione,quæ nocet operationibus naturalibus,non ſicut caliditas iræ, & laboris,cum non vltimantur,&c.

Prima diuiſio.Febris eſt duorum generum, febris ægritudo,& febris accidens,febris ægritudo eſt illa,cuius cauſa,eſt immediata, cauſa non eſt morbus.febris accidens eſt illa, cuius cauſa eſt morbus, & febris ipſa à morbo dependet,vt febris bubonis.

Secunda diuiſio. Febris occupat omnes partes corporis humani, quæ ſunt trium generum, quæ vocantur contenta, continentia, & impetum facientia. Contenta ſunt humores,continentia ſunt vaſa,& partes ſolidæ,impetum facientia ſunt ſpiritus. Itaq; iuxta triplicitatem partium, ſiuè ſubiecti triplex eſt quoque febris,ephemera, ſiuè diaria, quæ accenditur in ſpiritibus, putrida quæ accenditur in humoribus,& hæctica, quæ in partibus ſolidis.

Ex

Exemplum primi, vt folles fabrorum, quia attrahunt aerem calidum,& calefiunt. Exempl.fecundi vt lebes frigidus, qui calefit ab aqua calida. Exempl.tertij vt lebes calidus, qui calefacit aquam frigidam.

Atque hæ funt differentiæ febrium effentiales. Cæterum accidentales funt hæ. Acutæ vel chronicæ; nocturnæ, diurnæ; benignæ malignæ; intermittentes continuę, continuæ, quæ intenduntur; continuæ, quæ remittuntur; cum rigore, vel horrore,& finè his; fimplices, & compofitæ,&c. hę funt differentiæ febrium effentiales. Cæterum accidentales per accidens morbi.

De corporibus præparatis ad febres. Cap. II.

PRima conclufio Corpora vehementius præparata ad febres præcipue putridas, funt calida, & humida,& propriè cum humiditas fortior, eft caliditate,&c.

Secunda conclufio, Corpora calida, & ficca funt obnoxia febribus ephemeris, fed ephemeræ deindè tranfeunt ad putredinem,& aduftionem, quandoque in hæcticam.

De temporibus febrium. Cap. III.

PRima conclufio, febrium tempora funt, quæ cęterorum morborum, vt principium

pium, augmentum, ſtatus, & declinatio.

1. Corollarium. Periculum, & timor in febribus eſt à principio, vſque ad ſtatum: nam in declinatione non moritur æger, niſi cauſa communi, vtpote virium defectu, &c.

Prima definitio. principium eſt tempus, in quo calor naturalis præfocatur à materia ſubmerſa in morbo, donec non appareat maturationi, aut diuerſitati eius contrariæ maturationi veſtigium.

2. Corollarium. Principium quod de ſe ſemper eſt in omni ægritudine, tamen in aliquibus occultatur, vt in ſynocho, Epilepſia, Apoplexia.

2. Definitio, Augmentum eſt tempus, in quo mouetur calor naturalis ad reſiſtendum materiæ motu manifeſto, & apparent ſigna digeſtionis, aut ſigna contraria digeſtioni.

3. Definitio. Status eſt tempus, in quo vehemens eſt pugna inter naturam, & materiam, & apparet victoria alterius duorum; nā in eo completur veſtigium digeſtionis, aut contrarij eius.

2. Concluſio, In habentibus Paroxyſmos acutos ſpatium ſtatus eſt proximus motu, & non cognoſcitur, niſi per comparationem ad primum illum paroxyſmum, qui ſequitur, vel ad ſecundum, vel ad tertium.

3. Definitio, Declinatio eſt tempus, in quo calor naturalis dominatur materiæ, & vincit eam iam alleuiatus, & expeditus ſeparat

bonum à malo.

3.Conclusio. ſtatus diuerſificatur in morbis. Morborum enim peracutorum ſtatus longinquior eſt, vſque ad 4.diem.

3. Corollarium. febres ephemerę non ſunt acutæ, quoniam non ſufficit ad acuitatem ægritudinis, vt ſit ſtatus eius proximus, ſed vt ea hoc habeant, & periculum annexum: ephemeræ autem omni prorſus vocant periculo.

4. Corollarium. iuuant notitiæ temporum febris ad regimen bonæ diætæ tum in morbis acutis, tum in chronicis.

4.Concluſio. plures febres complent principium augmentum, ſtatum in paroxyſmo vno, & faciunt paroxyſmum alium declinando.

5. Concluſio febres varietatē habent nonnullam in temporibus; nam quædā ſunt quarum augmētum ſe prorogat, & quædam ſunt, quorum declinatio prorogatur.

De Cognitione temporum vniuerſalium, & præcipuè ſtatus. Cap.IV.

PRima Concluſio, Tempora ægritudinum vniuerſalia cognoſcuntur multis vijs. Primo ex ſpecie ægritudinis ſimpliciter acuta, peracuta, vel acutiſſima. Item ex chronica.

2. Ex modo motus celeris, vel tardi.

3 Ex virium robore, vel imbeclllitate.

4. Ex ætate, tēpore, regione calidis, frigidis.

5. Ex

5. Ex pusu crebro, vel raro.

6 Ex rigore, cuius proprium est abbreuiare, &c.

7. Ex parte harum paroxysmorum; namque si fuerint procedentes secundum antecessionem superfluentem: ægritudo erit in augmento. Si constiterit antecessio, & constiterint superfluitates, tunc sinè dubio erit in statu. Si postponuntur in declinatione erit.

8. Ex augmento accidentium statu, & diminutione. item longitudine, & breuitate paroxysmorum.

9. Ex qualitate euacuationum, quæ fiunt sinè materiæ copia, sinè expulsiuæ virtutis robore.

10. Ex modo digestionis, aut cruditatis, sicut hoc & singula omnia rite hic explicat Auicēna; sufficit enim cæteroqui nobis, locum tantum ostendere memoriæ gratia.

Sequitur Notificatio. temporum particularium.

PRima definitio, seù potiùs descriptio. Principium paroxysmi, est tēpus in quo coartantur pulsus; frigescunt, ac ferè liuescunt extrema corporis, pigritia, angustia, somnolentia tædium loquendi, horror circa dorsum, & rigor adest. *H*is additur quandoque fluxus saliuæ, Pulsatio temporum, tinnitus aurium, sternutatio, membrorumque corporis commotio.

2. De-

2. Definitio. Augmentum duas habet partes, seù medietates, quarum vna tempus est, in quo pulsus incipit dilatari, atque citari calor spargi secũdũ æqualitatem. Altera pars seù medietas est, in qua non cessat hic idem calor sparsus cum ęqualitate augeri.

3. Definitio. Status est tempus quo conseruatur ista caloris ęqualitas, symptomata sunt in dispositione sua, & pulsus fit maior celerior, ac frequentior.

4. Definitio. Declinatio duas habet partes. Prima in qua imminuuntur symptomata, pulsusque temperantur, & æquantur. Altera in qua visitur sudor, & infebricitatio. Exemplum ibi lege de tertiana.

1. Corollarium. Tempus morti proximum, sæpè speciem habet declinationis, sed tamen, quia prudens es, & diligens inuestigator, veram declinationem aucto validoque pulsu existimabis, id quod in mortuis non est.

2. Corollarium. Morbus propter tres causas prorogatur: ob matereriæ multitudinem, ob ob eiusdem crassitiẽ, ob eiusdem frigiditatem. Quæ, & tempus anni frigidum, regio, ætasque frigida, imbecillitas virium, & corporis densitas solet adiuuare.

De febre ephemera , & causis eiusdem. Cap. V.

PRima Conclusio . Causę cuiusque febris ephemeræ sunt primitiuæ calefacientes per se , idest propria ratione, & calefacientes per accidens, & in summa sunt omnes res non naturales.

2.Conclusio.Causæ febris ephemeræ quandoque non sunt primitiuæ manifestæ , sed antecedentes immanifestæ, vt obstructio.

1.Corollarium . Causæ primitiuæ plerumque mouent antecedentes , ita vt de ephemera fiat putrida.

2.Corollarium non gignitur pręcisè ephemera ex labore spiritus, & corporis violento, vt putarunt multi.

3. Conclusio . febres ephemeræ rarò pertranseunt, diem vnũ quod si pertranseunt, suspicio, est ne conuertantur in hecticas, vel in putridas:& causa est , quia retentio caloris in spiritu pertransit ad humorem,& corpus.

3. Corollarium. sunt nonnulli , qui putant ephemeram quandoque perdurare sex diebus.

4. Conclusio . ephemera febris, est facilis curationis , sed difficilis cognitionis, quemadmodum,& febris hectica incipiens.

5. Conclusio . corpora , naturaliter præparata ad ephemeras sunt calida, & sicca. dein

ca-

calida humida. Tertio in quibus prædominatur caliditas. Quarto ea in quibus prædominantur ſiccitas.

6. Concluſio calidi, & ſicci, quibus accidit fames, vigilia, labor animæ, labor corporis incurrunt facilè ephemeras cum horrore quodam, &c.

4. Corollarium, & ſi his citò non decurrat ephemera, ſtatim degenerabit in putredinem, & opus eſt conueniente cibatione, & curatione.

De ſignis febrium æphemerarum, & præcipuè de ſignis ipſarum, diſtinctiuis. Cap. VI.

PRima febris ephemeræ ſignificatio eſt, quod proprium ipſius eſt non produci à cauſis antecedentibus, & immediatis.

Secundo, quia in ea non viſuntur, neq; obſeruantur ſigna febris putridæ, iam recenſita cap. 4. hoc eſt pulſus coartatatio, rigor, & infrigidatio extremorū, quæ quandoq; non nego apparere, quandoq; in frigidationis veſtigium, & ſimilitudo: cum punctio eſt quædam à malichymi euaporatione generata.

Tertio, calor tactuſque corporis nō eſt mordax, ſed veluti laborantis, & ebrij.

Quarto, vrina in prima die concocta, nunc cum ſedimento, nunc cum nebula coloris non alieni, qui color, & ſi non æquatur ſemper ſubſtantia: tamen bona, eſt ſemper.

Quin-

Quintò. Pulſus vergit ad crebrum vehementem, & magnum, niſi tamen ſit à cauſis debilitantibus, & tranſmutantibus extrinſecis, &c.

Sexto. Celerior eſt pulſus dilatatio, quam conſtrictio, & cauſa nota eſt.

Septimo, Pulſus in declinatione peruenit ad munditiem.

Octauo, Principium acceſſionis eſt lene, augmentum non pertranſit ſpatium duarum horarum, ſtatus non habet accidentia vehementia, aut praua, non eſt feruor in eo magnus, & dolor omnis remittitur, capitis autem dolor omninò tollitur.

Nono, Inſebricitatio ephemeræ perficitur cum ſudore non multo, & ſanitatem, ferè referente; ſi enim multus ſit, verendum eſt vera ſit ephemera.

Decimo, Ingreſſus balneum, qui ephemerā patitur, & non horrens ephemera vera laborat, horrens vero putrida laborat.

De permutatione feb. ephem. Cap. VII.

11 Concluſio, qui ephemera laborat ab inedia, ſi medico non aduertente nocibetur, in hecticam incurret, ſi gracilis eſt in ſynocham putridam, in, non putridam ſi carnoſus. Si incurrit in hecticam, tactus arteriarum eſt valde calidus, tempore cibationis augetur calor, pulſus eſt durus, &c. ſi incurrit

in putridam, prædicta non adsunt, & augetur calor præterquam à cibo, & facies quasi inflammata apparet.

De signis permutationis ephemeræ in alias febres.
Cap. VIII.

1 COnclusio. Ephemera terminatur fine sudore, aut humectatione, aut cũ sudore sine pulsus mundicie, cum declinatione longa, & difficili, dolore capitis non succedente. in hecticam quidem si causæ eius, sint magnæ & lõgior paroxysmus; in putridam, vero si malus sit humorum apparatus. Vtriusq; autẽ propria signa suo loco habebis, &c.

De curatione febris ephemeræ in vniuersali.
Cap. IX.

CIbi sint boni succi nutrientes, lenis trãsitus, & citæ transmutationis. Adhuc vero magis ijs, qui patiuntur febrem ephemeram ex labore, angustia, & fame: biliosis, & gracilibus largus permittuntur.

Et quibus in ephemeris horror accidit in principio: ijsdem in principio conceditur cibus in aqua, aut in vino maceratus, vt magis sit penetrãs. Simpliciter autem conceditur & his victus in principio.

In quibusdam ephemeris prohibetur largior hic victus, & exibetur tenuis, & subtilis,

quem-

qu madmodum,& in his,quæ ſnnt ab obſtru ctione,& conſtipatione pororum, aut ab abſceſſu. In quibus cibandi tempus eſt declinatio.In principio autem cum virtus eſt valida, tuto in his permittitur potus aquæ frigidæ, qui tamen potus cum debilis eſt viſcerum virtus, cum febris,eſt longior,tutum non eſt, niſi parcè cibare.

Conuenit quoque his dum paroxyſmus conſumitur balneum,quod eſt ad ſudandum, ad humectandum,& rarefaciēdum poros.Excipe hos caſus. Primo in ephemeris ab obobſtructione, ne degenerent in putridam.Secundo in ephemeris ex repletione,& crapula. In his non competit, niſi facta iam digeſtione.Tertio in ephemeris ex catarrho humido, in aduſto non improbatur.

Balneum eſt duplex humidum aereum, & humidum aqueum. In balneo aereo non diu perduret,In aqueo quantum volet.

Ad ſudandum autem in aereo ij, qui conſtipati ſunt,aut obſtructi diutius poſſunt perdurare.omnis ephemera ab obſtructione,ſiue interna, ſiue externa frequentibus oportune frictionibus curatur, euacuatione internorū hnmorum aliqua,febris ephemera non curatur,niſi tamen ea,quæ eſt ex repletione : hæc enim, ſolo vomitu curatur.

De febribus putridis tractatus secundus. *Cap. I.*

PVtredo quidem varie gignitur. primo per cibos,& cibus putredinem inducit, vel quia malus est in propria substantia,qualis enim cibi nutrientis est materia, tale & nutritum erit. Vel quia,licet bonæ sit substantiæ,citæ tamen est corruptionis, & alterationis,vt lac. Aut quia est succulentus, & excrementosus, vt fructus tardi, & humidi nimis. Vel quia durus est concoctu: sic reliquiæ, quæ superant ab eius concoctione euinci calore non possunt naturali, sed ei succedit innaturalis,vt cucumis,citrullus,pyra,& sim.

Aut quia male parata,maleq; condita sunt.

Aut,quia non tempore conuenienti non ordine cunuenienti assumuntur.

Secundo inducitur putredo propter obstructionem , quæ viam claudit transpirationi fuliginum, quam iuuat etiam mala corporis constitutio. Ad concoquendum,autem facultates , in eo casu vel non concoqunt , vel corrumpunt cibum , vel abbreuiatæ, vel tardatæ digestionis causa.

Tertio fit putredo propter malas aeris constitutiones. videlicet cum ipse est pestilens, vel palustris, vel putrescentium in aqua rerũ euaporatione inquinatus.

Quarto fit putredo , vel propter copiam hu-

humoris, vel ob crassitiem, vel viscidit atem.
Accidit ergo obstructio, vel propter dictam prohibitam transpirationem, vel propter intempestiuos motus, & balneationes à cibo, vel propter in sole morã, vel propter calefacientia supra repletionem, vel propter negligentiam, & omissionem conferentium remediorum ad stomachi, & hepatis languores, atque calorem immodicum, &c.

Putredo duplex communis toti, & partis: fit parti, vel propter imbecillitatem natiui caloris eius, vel propter vehemẽtiam caloris externi, acuti, vel dolorifici.

Ex singulis proportionatè humoribus putrescentibus proportionati exeunt vapores. Ex bile enim vapor est subtilis, fumosus. Ex sanguine subtilis tantum, ex phlegmate spissus, ex melancholia fumosus, & purulentus.

Et suæ sunt etiam ex putrescentibus humoribus febres. putrescens enim cholera tertianam; sãguis synochum; pituita quotidianam; melancholia quartanam facit. sanguis semper continuam, alij vero humores, & continuas, & intermitentes parere indiscriminatim possunt. *H*oc pacto scilicet. Nam putrescentibus intra venas humoribus continuæ sine paroxysmorum discretione, extra venas vero intermittentes cum paroxysmorum discretione.

Nisi tamen cui est apostema, à cuius proluuie, & inquinamentis perpetuo elati vapo-

res putridi cor ipſum perpetuo incendunt, faciuntque continuam.

Aliud adhuc obſerua. Cum biliofa febris, & melancholica ad mundiciem perueniant ſæpiſſimè, ſola tamen pituitoſa ad hanc non peruenit, quin vero huius reliquiæ ſunt occultæ.

Cauſa cur in putredine extra venas febris quandoque nõ eradicetur, eſt, quia antequam finiatur, & diſſoluatur putredo vna, ſuccedit putredo alia, & hoc accidit, vel ratione copiæ humorum, vel ratione vicinitatis foci.

Cauſa cur putredo intra venas facit continuam febrem, hæc eſt, quia non reſoluitur putredo propter continuitatem venarum, & vna pars humoris putridi transfertur continuo ad partem aliam humoris putridi.

Cauſa cur paroxyſmi febrium intermittentium ſint inordinati multiplex eſt. Primo propter multitudinem, aut paucitatem humorum putreſcentium.

Secundo propter craſſitiem, aut tenuitatẽ ipſorum.

Tertio propter diuerſam ſubſtantiam eorum cum tranſmutantur de vna ſpecie in aliam.

Quarto propter errata ægroti, vel medici in victus ratione.

Quinto propter debilitatem, aut ſenſibilitatem languentis.

Paroxyſmi febrium intermittentium, vt plu-

plurimum incipiunt cum horrore,rigore aut frigefactione,& terminantur cum sudore. Et aliquãdo non incipiunt cũ istis,nisi aut propter frigiditatem humoris,aut propter acutiẽ, & mordacitatem eiusdem,qui mordet,& vellicat lacertos, aut propter profundationem, & concentrationem caloris in locum materiæ putrescentis,aut propter debilitatem virtutis,aut propter frigiditatem aeris ambientis hyberni. Et cum fit,ex mordicatione caliditatis horroris potius, nuncupationem meretur,quam frigefactionis.

Causa sudoris est caliditas humoris putridi, qui resoluit humiditatem , & expellit foras per poros alioquin expeditos,& apertos.

Paroxysmi, qui non eradicantur per sudores , incipiunt vt plurimum cum frigefactione,& hoc quidem accidit,vel propter debilitatem virtutis, vel propter oppressionem caloris innati.

Componuntur febres multis modis , sed præcipuè sic,vt paroxysmi fiant cõtinui per subingressionem vnius ad alterum.

Paroxysmi febrium interdunt prorogãtur, interdum breuiantur. Prorogatio accidit ob multas causas. Primo ob multitudinem materiæ putrescentis.

Secundo ob crassitiem. Tertio ob visciditatem. Quarto ob quietem , & paucam ebullitionem ; Quinto ob constipationem pororum.

De abbreuiatione vero contraria ratione discurre

Paroxysmi rursus & properant, & tardantur. Tardantur multas ob causas. Primo ob paucitatem materiæ. Secundo propter crassitiem, qua tarde mouentur ad mineram putredinis, vt in quartana.

Properant autem, vel ob multitudinem humoris, puta phlegmatis cuiusque præter vitreum, vel ob tenuitatem humoris, puta cholerae.

Prauitas febrium ordine sic se habent. Primo malæ sunt simpliciter continuæ putredinem habentes intra venas. Secundo intermittentes; quarum materia coniuncta est extra venas corporis. Tertio quarum putredo est proxima cordi.

De signis febrium putridarum. Cap. II.

PRimum signum est, quod semper præcurrat causa antecedens, & præsertim deficiat primitiua.

Secundum est constrictio pulsus, atque anhelitus velox, aucto scilicet vsu expellendi fuligines.

Tertium tactus vniuersi corporis est acris, & mordax, non blandus, & suauis, vt in ephemera.

Quartum vt plurimum antecedit almeliletu, idest dispositio quædam, cui admiscetur

cali-

caliditas non perueniens ad tãtum gradum, vt ſit febris, ſed eſt homini neutrum quid inter febrem, & non febrem, cui aſſociatur la-laſſitudo, pigritia, oſcitatio frequens, dolor capitis, & id genus.

Quintum eſt coartatio pulſus, & paruitas, cuius cauſa dicta eſt ſupra.

Sextum eſt varietas temporum: licet hoc non diſcernatur in tertiana.

Septimum eſt defectus ſudoris, & humectationis in primo paroxyſmo. etenim ephemera ſemper declinat cum ſudore, aut humectatione.

Octauum eſt longitudo augmenti, & pulſus eleuatio in ipſo.

Nonum, aut incipit cum rigore, & terminatur cum ſudore, cum ſit intermittens; vel ea non peruenit ad hæc, ſed terminatur cum tempore cum ſit continua.

Decimum eſt ſyndrome multa ſymptomatum grauiorum, vt ſitis magna, dolor capitis, nigredo linguæ, inquietitudo, & diuerſitas pulſus nunc ad magnitudinem, nunc ad paruitatem, ad debilitatem, & coarctationem, &c.

De ſignis febris continuæ. Cap. III.

PRimum febris continuæ ſignum eſt magna pulſus diuerſitas à naturali, neque ordinem habentis, neque æqualitatem.

Secundum ſignum eſt, quod paroxyſmus

adhuc non cessat post elapsas 24 horas.

Tertium est assiduitas, & vehementia; augmentum vero minuitur quandoque, & augetur vice alia.

De ijs, in quibus conueniunt, aut differunt febres putridæ, Cap. IV.

PRoprium est febris biliosæ, siue tertianæ, vt motum habeat de tertio in tertium, siue motus fuerit principij accessionis, vt in intermittente, siue motus fuerit principij exarcerbationis, vt in continuis. Aduerte tamen, quod motus febris ardentis, quæ dicitur causon, motum habet occultum.

Est primo tertiana febris acuta idest citæ terminationis propter subtilitatem materiæ. Secundo est mordax propter vehementiam caloris. Tertio est salubris, & tuta, quia inter vnam accessionem, & alteram spatium intercedit 36. horarum; durat enim legitima eius accessio 12. horis.

Tertiana non pura diuturnior est, quam sit pura, quæ pura rarò transit spatium 7. periodorum, quamuis non pura continua, quandoque finiatur in vna septimana. Hæc de febre biliosa siue continua, siue intermittente, siue pura, siue impura.

Proprium est febris sanguineæ, quæ in synochum putridam, & non putridam diuiditur, primo quidem esse continuam. Secundo ca-

lorem habere vehementé,& non exurentem. Tertio quandoque ad statum peruenire 4. dierum termino conclusam.

Proprium est febris phlegmaticæ siue quotidianæ, singulis diebus inuadere, & longiorem esse biliosa. Primo quidem propter crassitiem. Secundo propter frigiditatem. Tertio propter multitudinem.

Præterea est periculosa, primo quia spatiũ quietis habet breue, quod non excedit 6.horas, durat enim eius accessio decem, & octo horis Secundo, quia fert secum accidentia mala, vt est sycope, tremor cordis, inappetentia,&c.

Denique quotidiana continua similis est hecticæ; nisi quod pulsum non habet perpetuo durum, vt hectica, quandoque enim habet.

Adde, quod quanto minus est pura, breuior est, nisi adsit mistio melancholiæ.

Proprium quartanæ est, vt non sit acuta, sed longa ob frigiditatem humoris, & quæ pura est, durat breuiore spatio. verum non est periculosa tum propter quietem duorum dierum, tum quia non habet symptomatum vehementiã. Siue autem sit continua, siue intermittens, terminatur per vomitum, aut per secessum, aut per sudorem, aut per vrinam, per quæ omnia ardens terminatur, si addas quoque, fluxum sanguinis per nares.

Aliud nota, quod principium prorogatur

in tertiana, ſtatus in febre continente, declinatio in febre ardente, ſtatus, & declinatio in quotidiana.

Secundo nota, quod rarò inuenitur quartana continua, & quotidiana intermittentes.

Tertio nota, quod febres acutæ præcipuè apoſtemata conſequentes, malè curatæ conuertuntur facile in hecticam propterea victu humectante, & refrigerante ſunt curandæ etiam contra alias indicationes.

De varijs ſignorum generibus circa febrem. Cap. V.

MVltorum, quæ ſunt in febribus, notitiã nobis tradunt victus ratio, quæ præceſſit, regio, ætas, temperatura pulſus, vrina, vomitus, egeſtio, fluxus ſanguinis narium, rigor, & ſudor, caloris acrimonia, paroxyſmus, appetentia, ſitis, reſpiratio, dolor capitis, vigilia, deliquium, inquietudo, &c. quæ poſſunt omnia reduci ad naturalia, non naturalia, & præter naturam.

Sed propria febrium accidentia, ex quibus certior earum eſt ſignificatio, rite ſunt quantitas, & qualitas febris, vt in textu.

Verum accidentia, quæ aliquas febrium differentias oſtendunt, rite ſunt punctio, horror, & mordicatio in principio tertianæ.

Sicut accidentia, quæ ſignificant malitiam earum, ſunt inquietudo, deliriũ, vigiliæ, &c.

Et quæ ſignificant coctionem, ſunt diſpoſitiones vrinæ.

Adhuc habitus, & faciei aſpectus humorũ diſpoſitiones oſtendunt. Albus enim color, & ſubuiridis ad plumbum inclinans, frigiditatem humoris, paruitatemque caloris innati ſignificant.

Et facies velut excitati à ſomno ſignificat repletionem magnam humorum, à quibus proinde multi eleuantur vapores.

Sed & ſubita faciei extenuatio, & narium ſqualor, caloris vehementiam, & reſolutionẽ celerrimam propter pororum amplitudinem & motum in ſe ipſis, & deſuetudinẽ arguunt.

Coadiuuantia ad cognoſcendam ſpeciem, genuſq. febris ſunt hæc.

Primum diſpoſitio in febris acuitate, aut lenitate ſua.

Secundum eſt, cum accidit à cauſis primitiuis, vel antecedentibus, & cum non accidit.

Tertium eſt adhærentia cum finali tepore, vel ſine tepore, ſi eſt continua: & eradicatio, ſi eſt intermittens.

Quartum eſt inuaſio eius cum rigore, frigefactione, vel horripilatione, aut ſine iſtis.

Quinta eſt declinatio eius, cum ſudore pauco, aut multo.

Sexta eſt vita anteacta. Septima ætas. Octauo habitus. Nono tempus. Decimo ars. Vndecimo pulſus. Duodecimo vrina, vt hæc

ca-

capitulatim di fleremus in tractatu particulari de febribus.

De rigore, frigefactione & horrore. Cap. VI.

Horror est dispositio quædam ex frigore, & punctione in cute, & musculis facta, quam præcedit pigritia, & membrorum fractio.

Rigor est vehemens membrorum concussio ac tremor in motibus, vt contra ipsum non possit homo se continere.

Et vehementiæ quidem eius causa prima est vehementia à virtutis expulsiuæ in musculis, & viscositas materiæ in ipsis contentæ.

Altera causa est humor frigidus præexistens in corpore, quatenus iam mouetur, & spargitur, quantitate multa, vel pauca à calore illum separante, aut causa alia.

Talis autem humor sic motus, ac sparsus cum ad est phlegma vitreū, nō producit quādoque febrem, sed mouetur statis temporibus periodicè.

Tertia causa est submersio caloris propter cibum, & similia.

Causa autem, cur rigor, & frigefactio præcedant febrē, hæc est; quia humor crudus effunditur ad musculos in primis, quorum sensus molestus est, & deinde tum primum cessat

ſat,cum incipit putrefieri. Vel dic,quod præcedentiæ rigoris cauſa eſt humoris mordicatio præcipuè ſalſi,nec non fortitudo expulſiuæ muſculorum, &c. Vel dic, quod humoris mordicatio cauſa eſt,vt fugiat calor innatus intrò,& frigus dominetur:

Quarta rigoris cauſa eſt , quod confugit quidem calor ad interiora,vt ante dictum eſt, ſed per internam collectionem apoſtematis: eo magis,quod in omni vigore ſanguis intro confluit.

Sequuntur ſignicationes aliquot per rigorem,& horrorem,&c.

Rigor atque horror quandoque in febribus continuis eſt ſalubris;nam indicatur materias in venis contentas virtute dominante extra pelli.

Verum tamen hæ requiruntur conditiones,vt nihil deſit.

Prima,vt apparuerit in humoribus concoctio.

Secunda,rigor hic fiat in die critica.

Tertia ſequatur conferentia, & tolerantia. Et hæc non accidunt,niſi virtute dominante. alioquin cenſendum eſt, hoc accidere propter ſolam humoris multitudinem , quod non vacat periculo . Et ſi rigorem ſequitur caſus virtutis,& proſtratio caloris innati cum maraſmo,mors prope eſt.

Horror eſt à debilioribus cauſis, quam rigor.

Com-

Commotio animæ, & periodi significant periodum

Causa diuturnitatis febris quandoque est obstructio viscerum, quare inquiratur, de hac.

Febris cum apparente alleuatione tunc cum lingua aret, & nigra est, sepulta iudicatur.

Complicata cum paralysi febris hæc prius est curanda, deinde simul paralysis. &c.

Abrasio capitis, non permittitur in febribus, eò quod cutis densatione vapores comprimuntur, quorum compressione febris augetur.

De scopis curandarum febrium putridarum in vniuersum. Cap. VII.

IN curatione febriũ putridarũ duplex Medico offertur indicatio, vna, quæ habetur ratione febris, quare necesse refrigerare, atq; humectare; Altera, quæ habetur ratione materiæ; quamobrem necesse est illam, vel digerere, vel euacuare.

Et digestio quidem materiæ crassæ est attenuatio, tenuis est incrassatio. Et comparando iam scopum curandæ febris, & digerendæ materiæ, aliquid ipsi contrarij sunt quantum ad executionem: etenim digestiuum, atque euacuatiuum omne calidum est, vt plurimum.

Ea igitur in ambiguitate sic statue. Occurren-

rendū,ac satisfaciendū ei,quod magis est periculosum.

Iam vero febris est adeo vehemens quandoque,& acuta,vt prætermissa digestione necesse sit illam oppugnare refrigerantibus maximis,tunc in primis, cum virtus potens non est tolerare vacuationem. quod si fuerit potens,confidente tunc expelle humorem; neque ita refrigeres, vt prohibeas concoctionem.

Alterū igitur duor. vel virtus debilis est vigēte causa,vel viget virtus simul,& causa. si primum, alterandum est, & nutriendum ad vsque reparationem virtutis;qua iam reparata,tunc scilicet est redeundum ad causam. Si secundum,vacuandum,& cibo parcendum.

Infrigidantia autem celebratis purgationibus,& euacuationibus styptica sint, & austera,vt sunt Trochisci berb.Secus verò ante purgationem : quo tempore sola conueniunt infrigidantia.

Porrò ex dictis vides diuersam esse curationem febris putridæ à curatione hæcticæ: quandoquidem hecticæ curatio est alteratio tantum;putridæ vero est alteratio simul, & euacuatio causæ.

Sed & alia differentia est. namque quod in putrida conuenit siue ægritudinis indicatione, siue cibationis necessitate, ex parte prodest virtuti, & ex parte nocet: prodest quidem, quia humores aggregando adiuuat, &

confert in hostem eius, qui est morbus.

Vnum autem velim scias, haud quaquam posse febrem curari, nisi ea probe noscatur. quare hanc cum non cognoueris, victus rationem cautius extenua; meminerisque tempore paroxysmi nihil mouere, neque alterare nisi ventre iam vacuo.

Alijs vero temporibus, vt recte euacues, expende dispositionem virtutis: & si plethoram inueneris sanguinis, vel aliorum humorum cum sanguine; cuius signum est vrina rubra crassa, non citrina, ignea: tunc venæ sectionẽ prouidens administra. deinde lenita aluo, mãnam exhibe in aqua hordei, aut aquam hordei, cum syr. acetoso. At si natura obediens euacuationi non fuerit, miscens cum eadem manna violaceum syr. sic vitium corriges.

Omnino autem pharmacum exhibenti tibi terminum tuto præfiges lenitionem simplicem ventris, non laboriosam solutionem: Vt propterea, quod ego facio, præstabilius sit aluum ducere crebris clysteribus acrioribus vel mitioribus, prout virtuti conuenit.

Et de mitibus quidem, communibus est clyster paratus ex oleo viol. succo fol. betę, vitello oui, & zaccharo rubro, & baurach. nitro.

Et si videns humorem repere ad ventriculum, nihil tardans vacuabis illum vomitorijs, quæ magis ægro sunt ex vsu, vel ijs etiam consuetis, vt est oxyzaccharum cum aqua calida.

Et

Et si repit ad intestina, cuius signum est rugitus,& gurgulatio; tunc adhibe soluentia ventrem.

Cæterum si de somno quæras quid sentiam, cum ægro accidit: Respondeo alio tempore nocere, alio tempore conducere. Nocet quidem in principio accessionis, complicato præcipuè frigore, rigore, aut horrore, qui solent sæpe malum prorogare: namq; exprimunt materias eo tempore tendentes ad viscera, prohibentque coctionem humoris.

Iuuat vero perspicuè in declinatione, & fortasse non nocet in statu.

At de aquæ vsu quid dicendum? Respondeo concedendam alacriter, nisi vetet humoris cruditas aut crassities iam iam concoquẽda, & nisi vetet frigiditas, aut debilitas viscerum, aut apostema, aut exangue temperamentum, aut contraria consuetudo, &c. Contra vero cum materia concocta est, corpus est carnosum, & calor innatus præualet, virtus est fortis, viscera sunt sana, & non frigida, neque non sunt assueta: aqua tunc nil melius, quæ concoquit choleram.

Si cum venæ sectio iuuare potest, alia tu curatione vteris, scias ægrotantem exonerandum non fore à superfluitatibus, quæ opprimunt.

Adhuc vero iuuat aqua naturam ad expellendum, vel per secessum, vel per vomitũ, vel per vrinam, vel per sudorem diuisim, aut

per has ſimul omnes vias coniunctim.

Et quantitas ſane aquæ præbendæ eſt donec potans palleſcat, & rigeſcat; quæ fortaſſe aſcenderit ad heminam vnam, & dimidiam. *H*inc alterum duorum fiet, vel enim ex febre vehementi fiet quotidiana remiſſa, vel confortata, & firmata natura quodcunque humorum eſt, vel multo ſudore, vel copioſa vrina, vel ſubductione ventris euacuabit, ac redibit ſanitas.

Quamquam autem nonnulla ſunt, quæ cõtraindicando prohibere aquam poſſunt: adhuc tamen commendatur ipſa, quod arefactis, ac maciei periculo, ex calore, ſiccitateq: nimia impendenti reſiſtit. quare tunc aquam ne ſubtrahito: etenim abſceſſus, & cruditas, quæ liberaliorem frigidæ potum comitari poſſent, minora ſunt mala, quàm tabes, & extenuatio.

Abſtinebis autem ab aqua illum præcipuè, qui ſanus ab ea damnum reportare ſolitus ſit. De febrium alteratione artificioſa huc vſque ſit dictum.

De digeſtione nunc, & euacuatione altero curationis capite pergamus dicere per quoſdam velut aphoriſmos.

Porrò ſcopus digeſtionis eſt materiæ ſubſtantiam æquare ſic, vt ad expulſionem parata facile ſit. ſic tenue incraſſatur contrà craſſum attenuatur; viſcidum vero quod eſt, inciditur.

In-

Indigeſtam ſane materiam in calido,frigidoque corpore vacuare,cogente niſi neceſſitate,non debes.

Fortaſſe enim aceruabitur humoris euacuatio:& fortaſſe nocet euacuatio concoctioni:& fortaſſe boni cum malo fiet admiſtio.

Per vrinam, ergo mouere, antequam humoris in ea concoctio apparuerit, importunum eſt,& difficile duas ob cauſas.

Cum materia plurima eſt,& mobilis de loco ad locum ſic,vt moræ ſpatium ad concoctionem non detur;neceſſaria porro tunc eius eſt euacuatio.damna enim ex hac minora ſunt,quam ex motu eius in parte Principe eſſe poſſunt.

Venæ ſectio ad ſanguinẽ abſolute vacuandum cum ſumitur: concoctionem eam non expectat,quam purgatio exigit: eadem enim non quæritur, præter quam humoribus alijs exuperantibus.

Venæ ſectio ſingulariter quandoque incipienti morbo conuenit: hoc autem elapſo tempore non ita: & nocitura eſt alioquin, etiam cum hominis interitu, poſtquam viriũ imbecillitas venit.

*H*umoris victoriam cum forte reformidas vacuatione,tunc vti ſatius eſt.

Si concoctus humor non eſt,hunc ne moueas quidem,niſi in principio, in ſtatu plane ne moueas donec natura vincat, & concoquat: quod ſi mouet ipſa,aut mouit,tunc di-

mitte eam in operatione ſua.& ſi non mouet ipſa,moue tu hora motus eius.

Huc facit illud D.Hippoc.2.lib. Aph. 22. concocta medicari oportet, atque mouere, non cruda, neque in principijs, modo non turgeant:plurimum vero non turgent.

Euacuationem cum moliris, horam elige laboranti quietiorem, cumque intermiſerit febris,aut cum eiuſdem æſtus ſit remiſſior.

Per aluum ne duxeris, neque ſanguinem e vena ſubtraxeris die paroxyſmi. nimirum illud Hippoc. mente habens eſſe medicum naturæ tutorem,non perturbatorem.

Plerumque accidit, vt dandum ſit pharmacum forte debile: forte quod ſoluat viſcoſum humorem;debile,quo deijciat ex eo non ſupra quam ſemel,aut bis.

Plurimum, ac ſimul totum euacuare caueto,ne virtus concidat, in cuius ſalute ſita atq;abſoluitur omnis curatio.

Sanguinis miſſio meo conſilio quantum fieri poteſt,vitetur. Si neceſſaria ſit demum, melior eſt multiplicatio numeri, quam aceruatio quantitatis.

Cum capitis dolor, febriſque coniunguntur, febri debetur prior curatio: verum tamen tanti etiam momenti eſt dolor, vt inclinantem iam febrem ad augmentum reuocet. quo fit,vt hunc protinus ſedare neceſſarium ſit.

Lactens puer vbi febricitet, conuerte te

ſta-

ſtatim ad rectificandum lac matris eius.

Vrina cum in febre apparuerit icterica, phlegmonem arguit internam.

De propria febricitantium cibatione.
Cap. VIII.

FEbribus qui proprie conuenit, victus eſt humidus, maxime autem in ijs, quorum temperatura eſt humida, vt infantes pueri, & obæſi viri. Id quod fit tum, vt contraria contrarijs oppugnentur, vt ſimilia ſimilibus conſeruentur.

Dum feces alui redditæ non fuerint, ſiccos natura non cibato.

Cibandi tempus in febribus eſt inclinante iam paroxyſmo vel ipſo iam excuſſo: quod ſi is inciderit in horam hominis conſuetam, dum ſanus viuebat, optimum, hoc exiſtima.

Ordo ciborum eſt à leuiſſimis, ac tenuiſſimis ad duriores, & craſſiores donec ventum ſit ad duriſſimos, & craſſiſſimos.

Ptiſana febricitantibus cibus eſt omnium facile primus, & optimus: alimentum apponit, & glutinat, facile concoquitur, aluum lenit, & ciet, detergit, humectat, ſitim ſedat, & nulla parte incommodus, neque flatulentus.

Vt victum tenues, & quomodo, id te docebit ſtatus, & natura materiei, facultas item naturæ hominis ad concoquendum, reſol-

uendum, vacuandumque superfluum.

Primas ad victus tenuitatem morbi vigor habet, hoc enim tempore vehementius occupatur natura contra morbum peruincendum: quamobrem illi nouum circa cibos addere importunum, & intolerabile est.

Victum vt plene conferas, incrassesque virtus indicabit; tempus autem ad faciendũ opportunum est id, quùm natura non occupatur morbo depellendo, initium puta totius ægrotationis: ab eo gradatim tenuando.

AEstate parum, & sæpè cibare; hyeme multum, & rarius implere ægros oportet ad substantiæ, quæ sit vtilis, resolutionem modum istorum referendo

Omninò autem debilioribus prȩstat cibos offerre crebriores, & pauciores, quàm multos & semel.

Si virtus quidem non contraindicaret, tenuissimus exquisite victus omnium maxime probaretur. Sed ne deficiat, & succumbat natura dum morbũ est expugnatura, propterea victu fouetur.

Sic dum virtutis casum vereris, subinde cibare festina.

Cibo abstinere non potest facile, tum cuius calor natiuus est valde multus, & validissimus; tum cuius est valde paucus, & imbecillimus. Quapropter famem senes, & pueri tolerare non possunt.

De curatione febrium acutarum. *Cap. IX.*

OBuia quidem, & non contemnenda in curandis acutis febribus eſt obſeruatio, vt aſſiduè ſorbillet æger, quod guttur humectum faciat, & conſeruet.

Eſt aer, qui febricitanti perſpiratur, frondibus nouellis arborum frigidarum, & irrorationibus alterandus.

Ex aceto lactuca vorata ad refrigerãdum, & ſoporandum ſuprema eſt.

Capitis embrochæ ex per frigerantibus, & humectantibus medicamentis, aptiſſima ad hoc genus febrium præſidia videntur.

Opportuniſſima commodiſſimaque embrocharũ occaſio eſt in acutis febribus, humorum affluxus biliosi. cognoſcitur autem is ex affectibus vigiliarum, & exiccatione narium, partiumque ſuperiorum.

Refrigerationem externè inducens præcipuè vehementer, caue, ne id perficias horæ ſudoris, aut reſolutionis: ſic quippe prorogares facile morbum; quod malum eſt.

Licet quandoque tutior ſit morbi longinquitas, quam acuties.

De

De febribus biliosis. Cap.X.

FEbris biliosæ tres sunt species. Tertiana continua, Tertiana periodica, & causon. Tertiana periodica adhuc duplex, pura scilicet, & non pura. Tertiana non pura fit ex cōmistione, & vnitate bilis cum pituita. Sic differt ab hemitritæo, quandoquidem hanc constituunt duæ materiæ separatæ, illam vero materia vna. præterquam quod in hemitritęo sunt duo paroxysmi; in tertiana vero nō pura paroxysmus est vnus.

Tertiana quidem non pura adeò quandoque protrahitur, vt ad semestre perduret, affertaque corporis languorem, ac tumorem magnum lienis.

Causon quidem est de genere continuæ, quia differentia inter eius vehementiam, & eius teporem est fere insensibilis: accidentia verò eius sunt vehementia.

Causonis causa est acuitas humoris, & multitudo in membris cordi proximis.

In tertiana vero periodica humor putrescens occupat carnem, & cutem: in continua vero tertiana idem putrescit in venis viscerum, quæ tamen à corde sunt dissitæ.

De Tertiana abſolute.

PAroxyſmus Tertianæ incipit cum horrore,& punctione quaſi ex acu.

Deinde producit rigorem reliquis omnibus grauiorem, licet eius vehement ci.o ſedetur.

Eſt rigor in Tertiana primis diebus vehementior,in poſtremis vero remiſſior:contrarium in quartana.

Tertiana cum recedit,ſudores profert ampliores.

Tertianæ calor quò tangitur diutius, eò leuior percipitur.

Cauſonis contra quanto productior eſt tactus,tanto acrior perſentitur.

De Dignotione differentiæ Tertianæ puræ à non pura. Cap.XI.

PVra Tertiana tenuitatem,& leuitatem præſefert : produciturque paroxyſmus eiuſdem ad 4 minimum horas, ad ſummum vero 12 quem terminum ſi excedit multum, puram non æſtima.conſuetus autem, ac frequentior eius curſus 7.eſt horarum.

Excalfit corpus per eam celeriter : obſeruareque licet calorem eius in extremas partes procedere, quæ primum quidem ſunt frigidæ.

Pura Tertiana, nisi aliquod per ægrotum, aut medicum committatur erratum, septem non excedit periodos: soluitur autem quandoque propter materiæ tenuitatem paroxysmo vno, si vomitus hunc comitetur, aut fluxus alui criticus.

Apparet hac vrinæ concoctio tertia die, quarta, septima.

Rigor in principio, sudor copiosus in statu certa sunt signa puræ tertianæ.

Cum in non pura grauitas capitis magna fatigat hominem, prorogaturque insignitè rigor, producetur quidem ipsa rationabili coniectura ad horam 23. aut 30. tepescet autem dum peruenerit ad 48.

Dat Tertiana non pura admodum lentem concoctionem.

De Tertianæ continuæ dignotione, & curatione. Cap. XII.

Dignoscitur (vt dicam breui) continua Tertiana tum per vehementiam paroxysmorum in se ipsis, tum etiam per vehemētiam symptomatum facta ad periodicam collatione.

Ad eius quidem curationem in principio vel solutiuis vtere lenibus, vt thamarindis, manna calabra, &c.

Vel omnino abstine. non caret enim periculo, quamquam certe minori, quam in alijs febribus biliosis.

San-

Sanguinis emissionem si quando in hac moliris intra septimum periodum, simili consilio perfice, ac si foret materia furiosa.

Plurimum in principio refrigerare non debes, nisi suspicio sit internæ inflammationis, aut timor etiam ne degeneret in causonē, aut continuam.

Intermissionem puræ cum forte non obseruas perspicuam, maturè tunc arripe soluendæ ventris occasionem.

A febris remissione deinceps afferre limphatum vinum ne dubites. Effractum enim ea commistione, & aluum ciet, & aquæ factum vehiculum, refrigerandi, atque humectandi vehementius est occasio.

De Tertianæ non puræ curatione.

VAriat non puræ Tertianę curatio à puræ curatione ratione causarum. cū nō pura enim adiunctus est humor frigidus, nēpe pituita, quam oportet seorsum attendere.

Proinde non quotidie, sed alternis diebus nutriendus est æger, cibique sint, qui detergeant, & calefaciant modicè.

Puræ ad non puram affinitatem, & disparitatem oportet expendere, quicunque volet curationem vtriusque rectè perficere, distinguens discriminum momenta.

Vrinę cum apparent crassiores, sanguinem minuere tunc licet.

Fe-

Febricitantes nō pura tertiana nihil æquè iuuat, quam vomitus à cibo factus.

Clysterum vsus in principio magis approbo, quàm solutiua omnia.

Absynthij decoctio in his affectibus valde conducibilis est: ventriculum enim roborat, & materias tenuat, digeritque.

De causonis curatione. Cap. XIV.

Est causon duplex : alter, qui ex simplici bile: alter qui fit ex bile, & pituita sic cō iunctis, vt fiat salsa pituita.

Vehementiora symptomata cum perpetuo causonem sequantur, quam tertiana; adhuc hæc acutior, breuiorque, quam illa.

Senes causone non afflictantur, nisi per rarò, cum autem in hanc incurrerint, facile ab eadem interimuntur. contra difficilius inde periclitantur infantes, resistētes scilicet summa eorum humiditate, atque obtundente putribilem calorem.

Soluitur causon plurimum vomitu spontaneo, vel alui fluxu, vel sudore, vel hæmorrhagia.

Sitiunt quidem dirè causone laborantes; proxime exhalāte circa pulmonē arida bile,

Calor causonis maior est visceribus; quàm in habitu corporis. hinc minor est in hac artuum confractio, quā in febribus alijs.

Est causonis curandi ratio non alia, quam

pu-

puræ tertianæ, neque aliud intercedit, nisi quod maioris minorisq; ratione poscit enim causon sua natura, quæ calidior est, maiorẽ refrigerationem.

Propterea ad satietatem vsque potum offerrè aquæ gelidæ licet. Quod si mentis alienatione febricitans, cuius alioqui lingua aret, & corpus iactatur; affundere in guttur oportet, quatenus illã hauriat, & demittat.

De febre sanguinea. Cap. XV.

Est & sanguine febris, dum calefit scilicet is, & ebullit: plurimum autẽ fit ipsa ex obstructione exhalationem præfocante calididate.

Insuper inducitur ab alijs causis vehementioribus, quæ & ephemeris attribuuntur.

Sunt sanguineæ febris tres species; *H*omotonos, Agmastica, Paragmastica.

Scopus in hac curanda febre est sanguineis euacuatio plurima, & vsque ad Sycopem, si robustum nactus es corpus.

Verùm tamen à sanguinis missione per hæc abstinebis. Cùm crisis expectatur, cum instat concoctio, cum repletio nauseatiua hominem premit.

Accidit interdum, vt subducta sanguinis sarcina, vel fluxus ventris insequatur cholericus, vel item sudor; quem quidem extergere

con-

continenter oportet, donec, ſponte ſiccetur: fortaſſis autem per hunc æger reſtituetur.

De Febre pituitoſa.Cap. XVI.

FEbris phegmaticæ principium plurimum eſt XVIII.dierum.

Receſſus autem ipſius intra XLIIII. dies quibuſdam: intra LXIIII.alijs finitur.

Iuſtiſſima ſui generis eſt illa, quæ venit ad inſebricitationem,& quæ ſudore copioſo finitur; ex quibus arguitur & humoris tenuitas,& paucitas: item raritas corporis, & ſim.

Proprium eſt pituitoſæ febris os ventriculi male habere, cuius ratione fit ſyncope.

Febre ſub iſta ab humore orta vitreo, fit frigus: ab eo,quod non putruit, horror; ab eo quod iam putruit: maior autem eſt vis frigoris in periodis,qui ſunt circa ſtatum.

Eam,quæ ex pituita fit ſalſa,ſequitur ſubinde horror ; frigus verò non eſt in ea vehemens.

Tactus huiuſce febris non eſt æqualis, ſed varius hic atque illic, quemamodum viſcoſus,quod feruefacta parte hac erumpit ampullas, parte vero alia non item.

Relinquunt poſt ſe febres iſtæ magnas viſcerum obſtructiones, & ſi ſudorem proferūt; hoc non exuberant. Porro ſignum,& paſſio ipſarum perpetua eſt, aut carentia, aut parcitas ſudoris.

Deeſt

Deest his febribus sitis, nisi cum ab humore falso profectæ fuerint.

Est in hoc genere febrium intermissio sex horarum: & ad infebricitationem non ducit prohibens id materia præ sui copia, crassitudine, viscositate.

De Febre Epiala, & Lipiria. Cap. XVII.

FEbrium istarum commune est, vt tũ calorem, tũ frigus diuersis in partibus corporis obtineant; internè nimirum, & externè, prout occupata diuersa fuerint loca, diuersusque putrescat humor.

Epiala febris est ex phlegmate vitreo, quod sub interiora reconditũ infrigidat eadẽ: rursus autem parte aliqua putrescens in exterioribus, eadem calefacit.

Lipiria verò febris est, quæ facit internè calorem, externè vero frigus. est autem quandoque à phlegmate, quandoque à cholera valde crassa.

De Febris pituitosæ curatione. Cap. XVIII.

COnueniunt cuique speciei phlegmaticæ inter initia ventris lenificatio, vomitio; victus attenuatio, materiarum incisio, diuretica.

Exacto febris triduo attenuare materiam incipias. ante quod tempus rite non mouebis

quicquam, & periculosum id cauebis.

Famem perferre, & super eam indormire, item super exerceri, res sunt omnes, quæ plurimùm omnium conducunt.

Septima die iam elapsa attenuare victum non debes: etenim & virtuti incommodat, & ori ventriculi diæta

Alui lenis solutio in principijs iteranda non est: præcipuè cum humor peccat cholericus: corruptiuum enim est id temperamenti totius.

Vomitus tametsi ventriculi os debilitat, ad tollendum tamen affectum singulare præsidium est, & inter omnia primum.

Porrò peropportunus est vomitus à septima deinceps. Ab hoc enim tempore periculum non est, vt ori venticuli facessat negotium, & nimio eiusdem labore inflammationem inducat.

Per initia necessarium huic febri non est vnguētis: vti resolutiuis, aut embrochis attenuantim rerum: etenim ipsa mollificāt viscera tepore suo humido.

Frictiones huic valde conducibiles puta; & quò crassior, viscosiorque fuerit humor, eo ampliores illæ conueniunt.

Inter particularia paroxysmi tempora fiat quidem vomitus in principio eiusdem: tunc enim factus resistit rigori, & frigori: adhuc si opus sit, siti occurrit æstuosæ. Fiat autē vomitoriū ipsum ex aqua fontis, in qua incoctum

sue-

fuerit raphanum, calida.

Vinum tenue in hac vtique febre non prohibetur: quin & probatur etiam, tum quod calori confert innato, tum quod sudorem prouocat.

Agaricus ex melle assumptus dr.i. vel ea amplius, & tertia vnius parte diebus continuis plusculis febrem prorogari prohibebit.

Seminis vrticæ puluis ex melle assumptus à coctione mirabile ad febrem hanc destruẽdam auxilium perhibetur.

De Febre Quartana periodica. Cap.XIX.

SVccedit plurimum Quartana febribus alijs putridis, quibus inerat eterogenea materies humorum.

Insequitur præterea tumores lienis præter naturam. Denique & à causis alijs non naturalibus proficiscitur.

Porrò ex his tutissima est, quæ à tumore viscerum non dependet. enimuero ad hydropem interdum, & interitum perducit.

Liberat quartana simplex ab Epilepsia, à Melancholia, & à spasmo.

Quartana, nisi erratum aliquod in vita, vel in medicatione committatur, annum vnum non excedit. Visa autem est, & quæ ad duodecimum vsque annum perdurarit.

AEstiuæ quartanæ breues, autũnales vero longæ D. inquit Hippocr.

Præcedit quartanæ calorem horror, & frigus cum dolore quodam ossium quasi confractiuo. strident tunc ægri dentibus; vsque adeo debilitatem incurrerunt.

Fit in quartanæ remissione sudor plurimus si ad phlegmaticam referatur. sitis autem in ea non est, nisi sit à melancholia adusta.

Quartanario cibus paroxysmi die, vel nullus, vel paucior esto. Quo etiam tempore, & ante cibum, & à cibo, denique præterquam in principio, & cruda existente materia, vomitus perpetuo laudatur, maxime verò si cum melancholico succo phlegma computrescit.

Si vero cum melancholia putrescente sanguinis item portio coniungatur; sanguinem quidem mittere tunc ne differas. Curabitur quippe sic facillime genus hoc quartanæ.

Est turbith, quàm agaricus in hac febre subducenda, præstantius.

Ante concoctionem humoris ne quid per os exhibeto: non theriacam, inquam, neque solutiuum: secus enim vel quartanam duplaueris, vel morbos alios aceruaueris, media præsertim hyeme.

De victu in Quartana. Cap. XX.

A Primis hebdomadis ad vſque tertiam tenuandus eſt quartanarijs victus, dummodo cum hoc perdurare poſſit virtus.

Cæterum conditiones quatuor ineſſe cibis debent.

Prima, vt non crudi ſint, ſed cruditatem præſecent etiam.

Secunda, vt non craſſi, ſed craſſam materiam attenuantes.

Tertia, vt non adſtringentes, ſed aperientes, & ventrem acuentes idest aromatici.

Quarta, vt ſanguinem gignant laudabilem.

De curatione Quartanæ continuæ. Cap. XXI

EſSt in Quartanæ genere ſanguinis miſſio neceſſaria: quandoquidem eſt peccans humor in venis diffuſus; habitu vero corporis externo minima portione diductus.

De Hectica febre. Cap XXII.

SVnt membris vniuerſis humiditates diuerſarum formarum: quarum aliæ continentur in venis, aliæ per partes ſingulas ſunt diffuſæ, vt ros, &c.

Humores porrò, qui in vaſis reconduntur, dum peccant aliqua ratione materiam præ-

ſtant febribus putridis : qui vero extra vaſa conſiſtunt, materia ſunt febrium putridarum.

Sunt autem modo dicti humores trium formarum.

Primus innominatus, qui à vaſis quidem excidit, partes ſimilares proxime nutriturus.

Secundus humor alimentaris, & inſitus, qui dicitur græcè ἔμφυτος Gal. ros Auicennæ, quod roris modo per ſubſtantiam partium ſimilarium confuſus conſpicitur, iamq; adiungitur ipſis, & apponitur.

Tertius carniformis dicitur: ſiquidem nihil aliud eſt, quam carnis, adipiſq; ſubſtantia concretus, nimirũ & perfecte aſſimilatus. Hic pro varia ſui acceptione modo gluten, quod agglutinetur, modo cambium, quod cambiatur & immutetur, appellari conſueuit.

Aſſimilatur primus oleo in lucernam effuſum.

Secundus aſſimilatur oleo in ipſa ellychnij conchula comprehenſo.

Tertius humor eſt, cui continuantur partes quotidie, de quo factum eſt ellychnium.

Porrò ex tribus his exiccatis, & abſumptis, triplex item gignitur hectica. Prima difficilis cognitionis, difficiliſque curationis. Secunda facilis quidem cognitionis, ſed omnino difficillimę curationis. Tertia facilis item cognitionis, ſed omninò impoſſibilis curationis.

Calor hepatis immodicus, & omnino qui-

cun-

cunque alius calor viſcerum nimius cauſa eſt hecticæ.

Quæ vel abſumit humores primi generis, ſicut cum conſumitur oleum in lucerna, & fit prima ſpecies hæcticæ: Vel finit humiditatem ſecundi generis, ſicut cum flamma abſumit oleum apprehenſum corpore ellychnij, & fit ſecunda ſpecies hecticæ.

Eſt quidem hectica ex eo febrium genere, quæ paroxyſmis, & ipſorum ſpatijs non connotantur.

Sequitur interdum hectica diariam, interdum etiam febres putridas, & abſceſſus. Neque facile fieri poſſe videtur, vt gignatur hectica per ſe ipſam.

Eſt calor hecticæ febris omnino æqualis tum ſecundum membra corporis, tum ſecundum tempora.

Verum tamen ingeſtis cibis augetur, & celeriter tum ipſe, tum pulſus: non aliter, quam cum augetur flamma affuſione olei in ligno ignito.

Qui hectica correptus eſt, neque dolet, neque calorem percipit extraneum, ſiquidem inducta eſt craſis membro conſentiens

Lac aſininũ cũ contrarijs ſit aduerſus hanc febrem qualitatibus, expugnat optime illam: Verum aduertere oportet, ne cum eadem coniuncta ſit putrida: proximum huic eſt caprinum: ſed omnium optimnm eſt muliebre.

Balneum aquæ dulcis tepentis, in quo incoctæ fuerint herbæ refrigerantes, atque humectantes, à cibo ſumptum in labro ligneo congruentiſſimum huic febri remedium eſt & optimum.

De febre peſtilentiali.
Cap.XXIII.

PEſtilentialium febrium cauſa prima, & proxima eſt, inſpiratio aeris praua qualitates affecti.

Talis autem is fit per admiſtionem vaporum malorum, qui vel eleuantur à terris, vel è longinquo deferuntur à ventis ex fetidis, & cadauerofis locis.

Aer igitur in hunc modum alteratus, & coinquinatus per vias pulmonis peruenit ad cor. Ibi corrumpit temperiem ſpiritus natiuam, quæ deinde putreſcit, & acquirit calorem putredinalem, quo diffuſo in vniuerſum corpus fit febris, & illa quidem peſtilentialis.

Hæc ſubinde populo, atque ijs, qui ſunt ad illam apprehendendam expoſiti, communicatur.

Expoſita vero ſunt ea corpora, quæ malis ſcatent humoribus. Ea vero, quæ munda ſunt, fortaſſe non afficiuntur à labe iſta.

Febris hæc externe placida, internè turbulenta ſe declarat.

Huius quidem eſt conſpicua caliditas, & in-

inflammatio vehemens, difficilis respiratio, sitis immodica, & linguæ ariditas Comitatur hanc quandoque nausea, & inappetentia, nisi si ratione aliqua præuertatur, mortifera futura.

Præter hæc sunt alia in vrinis, egestionibus & sudoribus signa mala.

Accidit interdum, vt in his febribus neque ægrotus, neque Medicus calorem externè magnum percipiat: prætereа non admodum à naturali variant pulsus, & vrina, & tamen est febris huius acuties perniciosa, quapropter hæsitant in curandi ratione medentes etiam periti.

Plurimi, quorum anhelitus graue olet facile succumbunt: confirmata nimirum in corde putredine.

De curatione febrium pestilentialium. Cap.XXIV.

SVmma curationis istarum est exiccatio tum quidem emissione sanguinis, tum alui solutione.

Mille quidem modis alterandus est aer ad frigidum.

Aqua gelida confertim pota maxime conducibilis est.

Pauca vero fortassis excitat magis feruorem.

Appetentia cum deijcitur, varia ratione

re-


resouetur. Porro noui plurimos eorum, qui viriliter vincentes in seipsis appetentiæ languorem, naturam aluerunt, & morbo se absoluerunt.

Cibi sint oportet acetosi; reprimentes, pauci.

Satis de Febribus ex Auicenna.



METHODI PAVLI TVCCAE DE FEBRIBVS Compilatio.



Tertianæ simplicis breuis curatio.

Diæta.

DIæta in principio alteratiua, in statu, & in declinatione augmenti resumptiua. Alteratiua qualis ptisana colata, aut lac amygdalarum.

Potus aquæ hordei, vel aquæ communis multæ decoctionis qua diæta vti poteris mane, & sero, vsque ad tertium diem inclusiue.

Pharmacia. Scopi.

DIgestio, Lenitio, Minoratio, Eradicatio Lenitio eligenda, Eradicatio nonnisi vrgente necessitate facienda.

Di-

Digeſtiua actu frigida in Aurora, die quietis,poſt 4.horas cibetur . In die paroxyſmi prope declinationem ſic pota.

Rec ſy de ſuc roſ.vnc i. de endiu. vnc.÷ aquæ vtriuſque endiu.& bugl.an vnc.÷ m.

In die paroxyſmi idem digeſtiuus propinabitur loco potus cum pauca quãtitate aq. hord.aut aliorum conuenientium , cum quo indormire languens poterit quacunq; hora contigerit.

Poſt 4 horas cibetur.

Quod digeſtiuuum,ſi ſufficienter ventrem leniuerit,ænemati ſuperſedendum. ſin minus intercà mane primæ diei quietis vtere huiuſmodi ænemate lenitiuo.

Clyſter lenit.Rec.aqu.decoctionis maluarum,betæ,violar furf fortiter expreſſæ cum pauco rhodomelle,& oleo communi.

Hac curandi ratione vtere vſque ad tertium incluſiue.

In quarto opus eſt lenitione; qua ſatius eſt vti per ænemata,quam per potiones.tu autẽ cõſidera num natura ſit tenax,nam tunc fortiori clyſmo vtendum eſt.

Clyſter fortior Rec.aq.decoctionis, vt ſupra quantum ſufficit, in qua diſſolue Caſſiæ tractæ vnc i.mell.viol.vnc ii.ol viol.vnc.iii. ſal.communis q.5.fi.clyſmus.

Eodem clyſtere vti poteris in feſta die, niſi tamen vrgeat neceſſitas leniẽdi per os, quod rarò tamen vſitatur.

In

In octaua si æqualiter procedant paroxysmi;& corpus sit plethoricum minoretur materia,plus tamen leniendo,quam eradicando, vt ex cassia,aut manna,cum zucc.viol.& aq. fruct.& thamar.rhab.& diapr.simp.Nam eradicando periculum est, ne irritentur alij humores, & conuertantur in materiam morbi, vnde de pura fiat non pura , & de interpolata fiat continua.

Medicamentum ergo minoratiuum , aut lenitiuum sic potius eligatur,

Rec.pulp.cass.rec.extr.per set. vnc. i. diacath.vnc.÷ mis.fiant boli.Aut sic

Rec. p. cass.rec.ex. p.s vnc i. mannæ ele. vnc.ii dissol.cum aq.vt videbitur.

Vel ex manna tantum diss. cum aq. bugl. Vel ex cass. tantum. Vel ex cass.& zucc.viol. Vel ex cass.& diapr.simpl. Vel ex mãna cum rhab. eligendo doses pro rerum conuenientia.

Facta conuenienti eductione cibetur languens resumptiuè ex contuso, aut ex pulla parua.

Vinum esto valde dilutum.

Cibatio die paroxys.fiat semel, in die vero quietis,sed sero,parcius.

De curatione binarum tertianarum purarum interpolatarum. Cap. II.

COnuenit hæc curatio cum præcedenti fere in omnibus. variatio tamen est in hora cibandi. Hic enim semper prope declinationem paroxysmi; ibi verò, vt retro visum est.

Amplius hic citius properamus abscindere causam ratione multitudinis materiæ. Non enim hic timemus, ne de vna fiant binæ, sit vt prius verebamur. quamuis veremur ne de interpolata fiat continua. Similis igitur diæta, similia digestiua. lenitiua, minoratiua, localia, vnctiones, electaria, &c.

De curatione vnius tertianæ puræ continuæ. Cap. III.

AVic. præscribit eandem curationem, ac in interpolata; verum, quamuis eductio sit eiusdem causæ, tamen præsidia magis vsui sunt in continua.

Primum autem expectamus magis digestionem; in materia alioqui crudiore, & ineptiore.

Secundo plus infrigidamus ratione maioris caumatis: & hæc infrigidatio duplex, medicinalis, & cibalis. De cibis igitur eligas olera insipida; boraginem, cichorium, endi-

uiam

uiam, lactucam, cucurbitam, pruna dulcia, granata.

Aqua vero sit hordei, succ. granat. acidorum, &c.

Tertio plus subtiliamus dietam statu iam propiore.

Quarto plures prouocamus sudores, & vrinas.

Quinto plus lenimus, minus eradicamus propter maiorem alui siccitatem.

Sexto plus phlebotomamus; siquidem causa antecedens, & coniuncta vtraque est in venis.

Dieta.

PRima die inedia plurimum vtilis est.

In secunda electa hora conuenienti ptisana colata, aut lac amygd. optime coctum cum aq. hordei, vel aqua fontana multæ decoctionis.

Vinum omne prohibetur.

Hæc tamen interea obseruanda sunt constante virium vigore.

Digestiuum magis alteratiuum ad frigidum esto de suc. viol. de suc. cichor. oxyzach. syr. nymph. in dosi, vt diximus supra.

Exhibendum in fine status cum maiori quãtitate aq. hord. quam in interpolata. Nec tamen extinctiuè nisi subsit vehemens incẽdium, & fortis sit casus.

Lenitiuum per inferiorem regionem secunda die, fit ergo.

Clyſter ex mell.viol. oleo viol. cum decoctione herbarum frigidarum, quarum ſupra meminimus.

Quod ſi aluus mollita non fuerit, tunc per os exhibetur caſſ rec.extr.aut māna, aut zacch.viol.atque etiā pulpa thamar.cum zucch. viol.componendo primo bolum caſſ. poſtea vero apozema mannæ diſſolutæ cum aq. buglo.

Phlebotomia ſi expediat (expedire autem poteſt, vel ratione cauſæ intra venas affuſæ, vel rationæ plethoræ) tunc facta prius lenitione per clyſt.eā adminiſtra in pauca quantitate,& ſæpius partita: nimirum propter dominium choleræ præſentis.

Facta phlebotoma ad comprimendum choleræ furorem, vel etiam ad conſeruādam virtutem, vtere digeſtiuo ſupra deſcripto. Vel pauco zaccharo, cum aqua, vel aqua ipſa ex zaccharo ſoluto, vel iulep.viol.

Iam vero electa die artis quinta, quarta, vel ſexta, vel octaua quamuis in ſexta rarò, niſi timore ſeptimæ diei proximæ; inſuper, & & electa qualitate medicamentum lenitiuorū & non calfacientium, videlicet ex his, caſſ. manna zacch. viol. pulpa thamar. rhabar.di apru.ſimpl.diacath. Arnal.Triph.perſic. cum decocto fructuū pecto, vtere in doſi ſecundū conuenientiam x.rerum naturalium, & non naturalium. Mi-

Minoratiui forma fit hæc. Rec. aquarum a buglo.melissæ,borag.endi.ana ad suff.in quibus dissolue pulp.cass.recent.extr.vnc i.mãnæ ele.dr.ij pulpæ thamarind.dr.vij.rhabar. opt.infusi in succo ros. correcti nõ colati dr. i.m.fiat potus.

Pro pauperibus vero sic.Rec. deco. fruct. pe.quod sufficit,in quo disso.pulp.cass.recent. extra.dr.i.zacch.viol.vnc.i÷ diapr.simpl.dr. vij.diacath vnc.÷ m.fi.po.

Facta sufficienti vacuatione die sequenti mane exhibe zacc.ros.mox aq.hord.frig.vel hanc cum zacch. Quod si non exquisite vacuatum sit;

Post 4.horas f. Clyst.lotiuus ex aqu.hord. iure pulli.vitell.ouorum,& zacch.rubro sine sale,m.vtere.si exquisita fuerit euacuatio cõtentus esto, sin minus alio cõmunis iuuamẽti vtere.

Quibus omnibus abstineto in accessione, qua declinante potus aq. hord. cum zacch. restinctiuus,aut sy.Genti.sine ace. cum sy.de succo endi. cumque electuario , & potu restinctiuo,

Post 4.horas clyster lotiuus supra descriptus infunditor,& resumptiuè cibetur, & largius.

Post euacuationem vti poteris leuibus aperitiuis,& diaphoreticis.Si videris autem materiam alio inclinantem:

Tum quoque localibus ad lumbos ex vn-

guento roſ.frigide & aliis huiuſmodi præſto ſis.

Si febris tranſierit terminum ſuum, iam non erit amplius pura. Ac tunc vti poteris digerentibus aperitiuis ante deſcriptis ſub aurora, die teporis, ſine potu reſtinctiuo. In die vero paroxyſmi in declinatione, aut fine ſtatus vtere potu reſtinctiuo ad prouocationem ſudoris.

Non autem hic agimus de eductione cauſæ. porrò ſuus locus eſt infrà quà de tertiana notha. Neque nunc tradimus de binis tertianis puris continuis, eſt ſcilicet iſtarum eadem pene curatio, niſi quod in binis tertianis continuis magis feſtinamus ad abſciſſionem cauſæ materialis.

De curatione vnius tertianæ non puræ deuenientis à cholera citrina, ideſt miſta cum phlegmate dulci tenui. Cap. IV.

DIæta qualis in interpolata vſq; ad quartum excluſiue.

Digeſtiuum, quod Rec. ſy. de ſucc. roſ. & acetoſi zaccharini cum aquis, vt ſupra. Non enim eget humor hic multa incraſſatione.

Digeſtiuum hoc ipſa die paroxyſmi loco potus cum pauca aq. hord. aut etiam ſine ea; quandoquidem materia non eſt adeo calida.

Lenitiuum pro Clyſtere idem, quod deſcrip-

ſcriptũ eſt in curatione tertianæ puræ.exhibebitur prima, & ſecunda die; cui addere poteris hodom.zaccharinum.

Lenitiuum vero per os,ſi expediat tuo iudicio, exibebitur die quarta cum aliqua minorandi ratione phlegmatis admiſti. Vel ex pulpa caſſ. recent. extr. & Diacath. & ſimil.in ſor.boli.Vel ex caſſ.& zacch. viol. cũ diapr.ſimpl.& decocto fruct.pect.vel ex mãna tantum aucta doſi maiori,quam ſupra factum eſt.

Facta euacuatione cibetur æger reſumptiuè per potum oligophori leuiſque vini etiamnum bene lymphati, mane die quietis: Veſperi vero ptiſanã offer cum iure pulli aut lacte amyg.dulc.ſi ferant id vires.

Die vero paroxyſmi alteratiue cibetur, ſex,aut 8.horis ante aduentum ipſius.

Quod ſi contingeret vera munditiea,& vires non ferrent tenuiſſimum victum, licebit ægrum cibari reſumptiue.

Phlebot. cum tibi videbitur conuenire vel forte ratione plethoræ, vel cauſæ antecedentis, facta lenitione ventris adminiſtrabitur primis diebus.

Facta minoratione adminiſtra localia notiſſima ad loca renum, ad cor, ſtomachum, cerebrum,& hepar.

Deinde reſiduis humoribus iterum exhibeto digeſtiua aperientia; & alterantia leuiter,quæ Rec. ſy.Gentil. ſine, aceto ſy. de

ſuc.endiu.& aquar.capill. ven. & buglo. in dosi conſueta, vel etiam cum eodem digeſtiuo exhibe ſimul ele&.ſem.comm. frig. cum aq.hord.

Poſt paroxyſmum, ſi cetera conueniant, iniungere poteris potum reſtinctiuum.

His rite ſic adminiſtratis oportunum erit vti diæta reſumptiua die quietis, die vero paroxyſmi diæta media.

Sed octaua, aut decima euacuetur humor iã concoctus medicamento, quod Rec. decocti fructuum ſuffic. in quo diſſol. pulp. caſſ. recent. extr. per ſ. vnc. i. mãnæ ele. vnc. ij. rhab. opt. infuſi in ſuc. roſ. nõ cola. dr. i. ſpicæ paulum triphera perſ. aut diapruni ſolutiui in doſim huius, aut illius arbitrio tuo,

Vel ſic Rec. aq. trium prædict. in quibus diſſol. mãnæ ele. vnc. ij. ÷ rhabar. op. infuſi in ſuc. roſ. dr. iiij. pulpæ thamar. vnc. ÷ m. ſi. po.

Vel Rec. elect. de ſuc. roſ. vel Diapr. ſolut. cũ caſſ. & zacch. viol. & decocto fruct. pector.

Die ſequenti potetur æger aq. hord. aut zacch. roſ. quemadm. ſupra,

Succedit Clyſter lotiuus etiã, aut ſimplex vt fecimus ibi.

Perdurante vero febre propter phlegmatis admiſti craſſitiem, tunc iterum digeras materiam oportebit, potius cum ſy. de rad. Meſu. & cum acetoſo, & aq. ſupra recenſitis.

Decimaquarta vero die, vel circiter iterũ eodem modo euacuetur materia. Verum

vtere rhab. inf. & colato cum forti expreſſ. Præterquam quod laudarem decoctum cum agar.& cum ſalegem.

Si vero febris hæc contigerit hyeme, medicamenti forma deligatur aptiſſima pillularis.

Si cum febris fuerit continua,eadem vtêris curandi ratione,ac feciſti in interpolata, dum tamen memineris illorum ſex canonum ibi præfixorum.

De curatione vnius tertianæ non puræ interpolatæ famoſæ deuenientis à commiſtione plegmatis. Cap. V.

Diæta,& potus in principio,maxime vero die paroxyſmi ſit alteratiuus.

Digeſtiuum non alteratiuum ad frigidum, & multo minus cum potu reſtinctiuo, ſed ſit.

Sy.acetoſ. zacch. pro baſi , & de ſuc. end. pro minori, aut de ſucco bugloſ. aut endiuia vnc.i.÷

Exhibendum æſtate frigidum,& die paroxyſmi principio declinationis.

Interim prima die Clyſt. communis iuuamenti,quale annotauimus in tertianæ puræ curatione.

Sed die quietis eſto clyſter lenitiuus cum pauco rhodom.& ol.communi,ol.vero viol. abſtineto , quod alioqui phlegma nutriret.

Apparentibus vero ſignis digeſtionis ma-

teria minoranda, ſeu quarta, ſeu ſexta, ſeu o-ctaua: denique medicamento in forma boli ex caſſ.diacath. Vel in forma potabili ex mãna, & ſimilibus.

Quibus abſolutis vtendum eſt aperitiuis diureticis, & ſudorificis in potionẽ, maxime vero die paroxyſmi adhibitis nõ reſtinctiuis, qualis eſt aqua hord.cũ electuario ſemin. cõmun.die, & hora ſupra notatis

Et rurſus eradicetur materia medicamento, quod Rec.aq.bugl.borag.end. añ. ad ſuff. vel decocto fruct.lenitiuorum ad ſuff.in qua diſſ.pulpæ caſſ.rec.ext per ſet.vnc.i.rhab.opt. correcti perſpicam infu. in ſuc.roſ.& nõ cola. vn.i.diapr.ſimpl.dr.vij. elect. de ſuc. roſ. dr. iiij.agar.dr. i.ſaliſgem.dr.i.m.fr.po.

Vel quod Rec.decocti vt ſupra:in quo diſſ. mãnæ electæ Calabrę vnc.ij.rhab.op vt ſupra dr.i. diacath. dr.ij. triph. perſ. pro acutie, ſi adeſt vnc.÷ m.f.p.

Pro ſolutiuis, quoq; ad addi licebit diapr. ſolut.vel cathar.roſ.

Item quod ad reliquias, digeſtiua prouocãtia ſudores, & vrinas, ſed tamen leuia, qualia ſunt ſy.Genti.ſine ace.& ſy. de endiu. cum aquis, vt ſupra.

Aut vteris electuario ſem.com. cum aqua hordei loco potus, licet nõ multum reſtinct. præterquam tempore calido, & æſtiuo.

Et tunc reſumptiue cibetur æger quieta die bis mane, & ſero.

Totoque hoc tempore vti poteris clyſt. acutis, maxime in horrore pharmacorum, & in materia parata per ſeceſſum ire, veluti ex caſſ.rec.extr. cum agar. & ſalegem.rhodom. ol. communi cum decoctione &c. Exhibe vno die quietis.

Perdurante adhuc morbo decimoquarto, aut circiter, æſtate eodem ſolutiuo vteris, tamen coletur Rhab. cum forti expreſſione.

Localia eadem.

Aperitiua quoque eadem, &

Potus moderatus in die paroxyſmi hora declinationis.

Clyſmus quoque ſit idem.

Amplius procedente morbo deueniēdum ad digeſtiua fortiora, vt de radicibus Meſu. & Bizantini cum aquis aperitiuis.

Medicamentum forte debile in forma pillul, Rec.pill.de rhab.& agar troch. an. dr.÷. form pill.cum cath.roſ.

Item pro apozemate iulebi viol.vnc ij.aq. hord.vnc iiij.m.Exhibe poſt tres horas.

Loco pillul.de rhab.licebit vti rhab.tritura in fuſa.& loco iulepi pro magnatibus manna in eadem doſi.

Poſtridie regimen pharmacati.

Localia, quæ ſupra.

Diæta reſumptiua mane, & ſero non ſine alteratiuis, vt cõtusũ cum colatura ptiſanæ, ana, & m.

Qua ordinatione peracta ſuccedũt his ape-

ritiua fortiora,& diuretica sũt dictanda, atq; interim

Digestiua,quæ supra sine potu multo.

Quod si cum hac febre mensis vnius latitudine complicata fuerit oppilatio lienis, atq; hepatis, sicut sæpe numero vsu venit, vt propterea generetur sanguis aquosus disponens ad cachexiam,aut ad hydropem: tũc vtere

Electuario diatrion santal.& diahodo Abba. abdomine applicatis aperitiuis , & alijs, de quibus infra.

Interdicendus nimius potus aquæ, necnõ omnia impensè frigida quomodolibet assumpta.

Vomitus,vt videtur Auicennæ, magnopere conducit pranso,vel cænato duabus tamẽ legibus obseruatis;cui scilicet est consuetudo vomendi,& cum materiam natura transmiserit ad ventriculum , quod tamen perrato contingit. Termino hoc exacto alteratiua non sint amplius frigida, sed valde remissa, nisi tamen affectus esset acutus conuersiuus.

Febris hæc facili negotio protrahi potest in longum ratione phlegmatis crassi,præsertim in corpore disposito, atque etiam si successerit in Autumno ex reliquiis febriũ acutarũ æstiuarũq; quo casu rationi consentaneũ est,vt complicentur oppilationes, & periculum immineat hæcticæ,aut hydropis,nisi diligenter caueantur eadem,remedijs scilicet

ape-

aperitiuis, digeſtiuis, electuarijs, lenitiuis, localibuſque conſuetis, & diæta tum vniuerſali, tum particulari.

Inſuper imminet periculum febris continuæ; cumque iam fermè confirmata fuerit oppilatio ieccinoris, quæ eſt periculoſa; tum propter multitudinem, tum propter viſcoſitatem.

Accidit quoque ſæpiſſimè, vt cum hac febre complicetur alui tenacitas, niſi tamen obrepſerit lienteria ex debili facta ventriculi retentiua.

Quo caſu rurſus redeundum eſſet ad medicamentum fortedebile in forma pillulari cũ apozemate, cuius ante meminimus.

Diæta ſit reſumptiua. Potus eſto vini albi ſubtilis odorati non adeo lymphati, nec multum vinoſi.

Cauendum tamen ne languens cibis obruatur pluſquam par eſt: porrò ſolet eo tempore appetitiua vegetior eſſe, quàm digeſtiua.

Cauendum etiam à triſtitia, quæ per morbi longinquitatem plerumque ſolet infeſtare decumbentes.

De curatione binarum tertianarum non purarum intepolatarum. Cap. VI.

CONuenit hæc curatio cum præcedenti in multis, vt diæta, & digeſtiuis, & minoratiuis, & eradicatiuis.

Paroxyſmi ſub hac febre poſſunt eſſe trium modorum: nimirum aut communicãtes, aut ſubintrantes, aut alternantes, vt dicemus in Opiſtographo de compoſitione febrium.

Febris hæc incipit plerumque à materia multa, quando fuerit ex ſe incipiens. in qua ſi animaduertes acutiem ex demonſtrantibus ſignis, ipſe non differas abſciſſionem cauſæ materialis

Conſtituta igitur diæta tenui incipe à minoratione cauſæ lenitiuo aucto in doſi iuxta dictamẽ decem rerum, videlicet naturalium, & præter naturam.

Clyſter parabitur, qualis in tertiana notha. Nimĩrum nihil variatur in hac curatione, quam ſupra factum eſt: præter quam quod tempore eductionis, quoniam hæ binæ febres indicant properandum eſſe magis ad eductionem cauſæ materialis.

Igitur vtere medicina forti debili, quæ ſimul molitur difficilem eradicationem, & vires non labefactat, quippe ſemel eradicare cũ periculo virtutis nõ expedit, verũ euacuationem ſæpe numero partiri multo ſatius eſt.

Vocatur hæc medicina ab Auic. subtiliatiua simul,& aggregatiua.

Ea est duplex,in quā ingrediuntur corpora medicinarum simplicium in substantia, qualia sunt pillulæ de agar. pill. aggreg. pill. de Rhabar. dosi tamen competenti. Posterior,in quam ingrediuntur vires tantum medicinarum,vt decoctiones, infusiones, non autem colaturæ.

His vtimur in morbis chronicis, aut rectius polychronicis,ea repetendo,si libet,singulis hebdomadis.

Insuper variatur hæc curatio secundum varias permistiones humorum.bilis enim, & cum tenui & cum crasso phlegmate commisceri solet.

In vtroque casu curabis, vti in duabus superioribus capitibus annotatum est; Electa die artis,& cognitis signis, & motu materiæ.

Solet hæc febris succedere febribus malignis,& sæuis iam curatis sub finem æstatis, & in principio autumni cum debilitate virtutis regitiuæ, & membrorum principum potissimum hepatis regenerantis malos humores, & iam in periculo hydropis, & hecticæ.

Electuaria,& vnctiones,& localia, & diæta particularis esto, qualem exponemus in curatione phlegmaticæ.

De curatione vnius tertianæ continuæ nothæ. Cap. VII.

DIæta apparentibus ſignis acutiei principio ſit valde tenuis.

Requiritur in hac febre lenitio maior ſiue per os,ſiue per clyſt.quam in inrerpolata:nimirum eſt huic maior calor,& ſiccitas.

Clyſter qualis in tertiana pura continua, addito tamen rhodom.& agar.cum ſalegem. ratione phlegmatis.

Phlebotomia ſiquidem indicabitur,emollita prius aluo fiat ex hepatica , vel communi,potius partita, quam ſemel multa quantitate.

Plerumque vero plebotomia iuuat magis, quam pharmacia: nempe reſpicit phlebotomia magis vtramque cauſam.

Digeſtiuum materiæ proprium hoc eſto. Rec.ſy.de ſucco roſarum vnc.i & de ſuc.endiu.vnc.÷ aq.buglo.vnc.i÷

Lenitiuum per os ex aq cordiali caſſ.thamar.manna,aut zacch.viol.rhab.triphe. cōſueta doſi,quæ fuit à nobis alias dictata.

Dies artis erit apparente ſigno digeſtionis & ſi materia fuerit ſurens in quartana.

Quod ſi dederit inducias,& criſis non apparuerit,ſeptima die.

In principio vero non expedit , quia ſupponimus febrem non eſſe de valde acutis,

imò

imò oportet prius expectare perfectam digestionem.

Vti poteris solutiuo descripto in curatione tertianæ puræ continuæ. addito in decoctum agaricũ cũ salegem. ratione phlegmatis.

Localia opportuna, & maxime stomachica administrantor, vt moris est.

Interea diæta semper esto resumptiua die quietiori, mox altera die partim resumptiua, partim alteratiua, qualis est ptisana cum iure pulli.

De curatione binarum tertianarum notarum continuarum. Cap. VIII.

IN hac febre festinãdum est magis ad purgationem, quam in vna notha continua; siquidem in duplici coniungitur multitudo maior.

Mollita igitur aluo præstat sanguinem mittere partito potius, quam omnino semel multa quantitate.

Nimirum venæ sectio neutrum ob humorem conuenit, sed tamen ratione sequelæ talium humorum, qui in venis cum sanguine commiscentur, non est incongrua.

Quod si nulla esset necessitas phlebotomiæ tum diæta, lenitiua per clysteres, & digestiua puranda sunt, vt audisti nuper.

Quarta die nullo apparente signo indica-

tio-

tionis (quamuis in hoc casu satius fuisset die secunda)per os exhibe lenitiuum aliquod, aut minoratiuum ex ante notatis in forma boli,aut in forma potabili dissolue mannam, vt bene nosti.

Quod si hæc febris se se ostenderit acutam, quamuis raro accidat, frænanti choleram pituita; die secunda, vel quarta iuxta mensuram, & conditiones symptomatum vteris minoratiuo, cum rhab. & triph. persic. & simil.

Solutiua vero sunt electuaria de suc.rof. & Diapr.solut.& sim.adhibenda cum præmeditatione pro dispositione, ac viribus ægrotantis.

Et si verò,febris hæc,quę fit per duos humores putrescentes intra venas in duabus mineris facientes duplicem motum: ratione multitudinis videri potest acuta,quoniam tamen hæc multitudo partita est,propterea nō inducet acutiem,& sæua symptomata, & eo magis, quod humorum putredo longe dissita est à corde.

Adhuc vero perdurante febre digeretur materia partim alteranribus,partim aperientibus, modo & tempore qui maximè videantur accommodati.

In declinatione vero status vtendum electuario sem. omnium frigid.cum potu restinctiuo, si tantum inflammatio subsit magna, & maxime in fine hebdomadæ, quæ tamen

inflammatio raro fit,nisi sit in causa phlegma baurachium idest nitrosum nominatum , quod quidem efficere solet malitiam.

Valet autem vsus electuarij ad prouocandos sudores,qui facile contingere possunt dominante cholera præ phlegmate.

Quod si oportuerit iterum tentare purgationem,præstanda est eadem die artis mediis eradicatiuis non violentis, aut infestantibus corpus,sed prope familiaribus, iuxta coniugationem 6.rerum non naturalium.

Iam vero suas accessiones longius protrahente febre,& nihil imminuta eiusdem vi: argumentari licebit esse vitium ex materiæ multitudine,tum vero ex erroribus commissis ab infirmo, qui facile labefactare valent hepatis facultatem , & prpoinde contrahere cachexias ex oppilatione in poris , & venis; adeoque ex sanguine iam aquoso generandum futurum hydropem.

Quapropter maxima cum diligentiâ roborandæ sunt virtutes , & aceruatio prauorum succorum summopere cauenda.

Id quod commode perfici poterit medicamento forti debili crebrius exhibito,necnon victu conuenienti.

De curatione febris Causonis, seu ardentis.
Cap. IX.

INtentiones curatiuæ quatuor. Prima in regimine sex rerum non naturalium, & præcipuè in cibo, & potu.

Secunda in digestione materiæ.

Tertia in abscissione causæ materialis.

Quarta in remissione suorum accidentium.

Diæta sit fere non gradus iusti cibi, sed tenuissima, primis præsertim diebus.

Digestiuum ex oxyzac. sy. de nymph sy. acetoso, sy. de acido citrij, cum aqua cord. die minoris afflictionis, hora quietiori; die vero maioris afflictionis in fine status in locum potus esto.

Prima die Clyst. lenitiuus, qui Rec. rasuræ cucurb. par. 2. suc. fol. siclæ parç i. in quibus disso pulpæ cass. recent. extr. dr. vij. mell. viol. dr. ij. ol. viol. dr. iij. salisgem. dr. ÷ m.

Quidam prima, aut secunda die exhibent lenitiuum per os, quod Rec. mannam elect. Calab. cassiam, thamar. & sim. quarta vero purgabis corpus electiue.

Si accidentia causonis sint valde lenia, quarta die mouebis eradicatiue præmissa sanguinis missiones si materia cum sanguine mista sit: alioquin abstinendum, ne furiat cholera de magis.

In-

Interea cor tuẽdum à malignis vaporibus per hoc quod Rec. ſy. de acido citri vnc ÷. pulu. diamarg. frig. dra. ÷ m. ante cibum potui da.

Epithemata cordialia, & theriacam reſolutam aqua namphe thoraci dilue.

Pulueres item contra lumbricos inde vẽtriculo.

Hæc dum aduenerit dies artis, qua die electiue vt educas, Rec. flor bugl borag. viol. p. i. pulpæ thamar. vnc. ÷ prunos numero 10. paſſul z ziphorũ ana vnc. ÷ fi. deco ſecundũ art in ſuff. quantitate aq. acetoſellæ ſic, vt ſit reſtibilis lib. ÷ in col. diff. mãnæ Cal. ele. vnc. ij rhabar. opt infuſi in ſuc. roſ. & nõ col. ſcrup. iiij. triph. perſ. vnc. ÷ m. Hoc etiam exhibebitur & ſecundò, ſi neceſſitas vrgeat.

Poſtridie regimen pharmacati, ſed ſi in aurora acceſſio ſubrepſerit, abſtinẽdum tunc eſt à potu: ſed in declinantionem differendus potus reſtinctiuus.

Item eſt ſtomachus confortandus.

Aluus clyſtere lauandus iure pulli vitellis ouorum, & zacch. non adeo rubro.

His actis ſi reſiduum materiæ ſit, repetendum rurſus eſt digeſtiuũ, puta hoc, quod Rec: ſy. de rad. Genti. ſine ace. ſy. de ſuc. endiu. cum aqu. cordi. m Detur in aurora, ſi non ſit acceſſio, ſi vero ſit, differendum in declinationem ſtatus; vbi ſitis ſit clamoſa, cum electuario, quod paratur ex quatuor ſem. com frig,

potus reſtinctiuus ægrotum manet.

Quantum ad remiſſionem accidentium, primo ſi ſint vigiliæ, ſeu dolor capitis, curāda ſunt hæc ſomnificis, non omiſſis etiam papaueribus oxyrhodinum autem in fronte, temporibus:& naribus eſto ex ol.viol.roſato omphacite, populeo, & pauco aceto cum aq.roſ.ſed caute tamen ne lethargum improuidus accerſas.

Si ſitis vrgeat crebris hanc lotionibus gutturis ex aq.hord.frig.aut aq.infuſ. pulpæ thamar.aut vino aquoſo compeſces.

Si ariditas horreat linguæ, vel nigredo,diſcuties hanc humectantibus, & abſtergentibus:ergo fiant lotiones ex aq. hord. aut pupatellæ ex ſemi. pſyllii,& portul.cõtuſorum, quæ pupatella in eādem aquam infuſa confricetur.

De curatione febris ſanguineæ.
Cap. XX.

HAEc curatio perficitur ſex intentionibus. Prima eſt euacuatio. Secūda ſubtiliū incraſſatio. Tertia infrigidatio. Quarta mundificatio. Quinta digeſtio. Seſta reſolutio.

Pro prima fiat ſanguinis emiſſio repetita.

Pro ſecunda adminiſtra ſanguinis incraſſantia, vt lactuca, Portul.cucurb. vel ſyr. ex eiſdem.

Pro

Pro tertia intẽtione cibi ſint citruli, lactu. cucurb. & omnia olera inſipida. Potus reſtinctiuus.

Pro quarta intentione Caſſia, manna, pulpa thamar. & ſim.

Pro quinta, cum eſt ſynocha putris, vt in alijs humoribus, ſic eſt digerendum.

Sexta intentio completur diaphoreticis; poſt quam tamen facta eſt phlebotomia lenitio, eradicatio, mũdificatio, in frigidatio, & æquatio, & omnino in declinatione.

At vero diæta ſit apprime tenuis, ſicut in cauſone.

Si vero ſynocha ſit putris, paulo amplius in qualitatem, & putredinem intendendamens eſt.

De curatione febris phlegmaticæ.

CVratio febris phlegmaticæ tribus intẽtionibus continetur. Prima quidem lenificatione, & vomitu. Secunda inciſione, & ſubtiliatione. Tertia vrinæ prouocatione, & diureticorum vſu.

Quantum ad lenificationem. Hæc includit minoratiua, vt decoctiones, & infuſiones Agar. Turbith, & ſimilium.

Vomitorium, autem primo leue ſit, deinde acre, materia vero iam digeſta diuretica ſunt adminiſtranda, atque hæc de tertia intentione.

Quantum ad secundam intentionem vtẽdum syr. de radic. Gentilis cum aceto. quo facto purganda materia medicamentis ipsis in substantia, non in virtute tantum. Hæc autem in toto augmento. In statu vero primo resumptiuè cibabimus, & electiue soluemus. In æstate sic; Rec. decocti fruct.lenitiuorum, in cuius colat.suffic.dissol.pulpæ.cassiæ recent.extr.Agar.dr.iiij.salisg.dr.÷ rhab. optimi dr.i.Diaphæn.vnc.÷ fiat pot.

Post hæc tutius vti poterimus diureticis fortioribus, & iterum partim digerimus, partim euacuamus.

Digestiuum sit sy.de rad. Mes. cum aquis appropriatis, & electuarium 4.sem. commu.

Post aliquot dies iterum intendas abscissionem causæ materialis electuario pillulari, quod Rec.pillu.aggreg.Agar.troch.& rheib. an. dr.÷ formentur pillulæ cum cathart. ros. & post 2. horas detur Apoz. quod supra notaui.

Localia fiant pro stomacho roborando.

Tertio non dubitandum humores digeri per syr.bizantinum de radic Mesu de eupat. cum aqua melissæ, &c.deinde corpus expurgandum medicamento forti debili, idest cum Agarico, Turbith, & sim.

Diæta sit citra omnem humiditatem aduersis oppilationibus, quæ semper huic febrium generationi comites fuere: proinde

iaun-

inungenda regio ſplenis, ſtomachi, iecinoris propriis aperientibus.

Hic actis ſi reſiduum quid manſerit, regimine leuandum particulari, & clyſteribus ex rhodom. Agar. ſalegem. & hieris vtriſque.

Si firma iecinori ſubſit obſtructio, vino infuſionis rhabarb. colati corrigetur.

Stomachi vero regio ceroto vtriuſque galliæ fouebitur.

Adhuc vteris electuario, quod Rec. pulu. trium ſantal. dr. i. pulu. Diarrhodon dr. ij. 4. ſem. com. ſrig. vnc. i zacch. albi clarificati in aqua capill. ven. vt fiant elect. in morſ. Doſis vnc. ÷ in ſingulos vſus.

De curatione febris quartanæ.

SY. ſpecifici cuiuſque humoris quartanam inducentis. ſi melācholia naturalis ſubſit, Rec. ſy. de ſuc. lupul. & de ſuc. fumar. ſimpl. & de endiu.

Si ſit cum chol. aduſta, valet ſyr. viol. de ſuc. cichor.

Si ſit cum repletione ſanguinis, non eſt parcendum phlebotomiæ.

Si quartana ſit ex ſe incipies, competit & phlebotomia ex vena cõmuni, deinde ſi neceſſe ſit iterum ex Saluatella.

*H*is autē præcedant alui lenitio per clyſt. rem, ex decoct. herbarum commun. cum caſſia, rhodom. ol. puro. poſt 4. vero paroxyſ-

mos iterum lenias per os(humorem quartanariũ proprie non attingendo)siue cassia, siue manna,zacch.violato Diacath.& aq.fructuum incoctorum.

Si vero vergat humor ad superiora,vomitus est prouocandus hora paroxysmi.

*H*is iam actis denuo materia digerẽda est, & partim aperitiuo,partim alteratiuo deducenda.

Diæta sit contraria causæ, media .s. qualitate,vt est hordeatum in iure pulli . Die paroxysmi cibo abstineat, & vomitum prouocet humorum.

Postridie cibus esto resumptiuus, Vesperi alteratiuus.

Posthæc ex vsu Clyster est ex agar. salege. rhodom.simpl.cass.& hiera si velis valentiorem.

Interim lenitiua,quæ debentur,non excedant ordinem consuetum.

Si quartana per hebdomadas, & menses procedere videatur, adueniẽti quadragesima die tentabitur abscissio causæ primum in forma potabili,Rec.flor.cord.follicul.senę polypodij, Thymi & epythymi,passul.q.s.fiat deco.fortis fortisq;expressio in col.suff.dissol. pulpæ cass.recenter extr. vnc.i. aut suc. viol. vnc.ij.rhab.infusi in parte dictæ decoctionis non colati dr. i. confe. *H*amech vnc. ÷ aut diacath.ad dr.vij.mi.fiat pot.

Ab his si persistat humor, vomitus fortis

pro-

prouocandus,& diuretica valentia. Adhuc autem tertio materia digeratur, & soluatur non forti simpliciter medicamento, sed forti debili, nec in forma pillulari, sed potabili, quale nosti.

Hæc, si quartana per se fuerit incipiens. Si vero successerit alijs febribus non à lenitione, neque à phlebotomia nos exordiemur, sed à digerentibus,& aperitiuis,& à dieta resumptiua.

Sy. autem esto: qui, Rec. sy. de rad. Mesu. vel Gentil. sy de suc. lupul. aut fumar.

Post aliquot vero hebdomadas abscindendenda causa: sique sit hyems, in forma pillulari, Rec. pill. de fumoter. rhab. opt. & agar. troch. an. dr. ÷ deinde propinetur ægroto

Concinnatum Apozema ex manna, aut sacch. violato, cum aq. hordei, &c

Quod si post exactum mensem persistat quartanarius fomes, materia digeratur, & medicamento formæ potabilis ante dictatæ depellatur: postmodum applicentur necessaria localia. & iterum digeratur materia per aperientia, & prouocantia leniora, quale digestiuum est de rad. cum emulsione 4. sem. commun. frigid.

Post duas hebdomadas expurges corpus cathartico sub forma pillulari, quod ante posuimus in curatione quartanæ successiuæ.

Vltima digestiua sunto sy de thymo, deq; epithymo, de sy. fumar. maiori, & de radic.

Mesu. Bizantinus cum aqu. capill. vener. & scolopendrij. vltima perpurgatio fit ex pill. de lapide armeno, &c:

Et quoniã adiunguntur sępe numero quartanę succedēti graues obstructiones hepatis, lienis, ventriculi; mane decoctũ offeratur thymi, & epith. polypodij, fol. senæ passul. Agar: &c. in aqua casei, vel simili.

Interim inungatur abdomen ex oleis aperitiuis. sic Rec. ole. vtr. lilij de cappar. amygd. amar & dulc. ol anethi, an. vnc. ÷ succi cyclaminis, & herbę linguę canis depuratorum an. vnc i. suc rad. filicis, & cappar. an dr. iij. ceræ q. s. mi. fi vng. quo diluatur tota mollitudo ventris mane vesperique forti manu fricante, cui superfusioni folium brassicæ calidum superdetur & deligetur.

Ad hæc vtilis est infusum rhab. dr. ii. in albo generoso mero de tertio in tertium ad vnc iij. aut 4. vtatur theriaca magna, vel mithridatio.

De curatione febris hecticæ.

DIæta vesperi alteratiua, mane resũptiua. Prioris generis sunt ptisana colata, nõ colata, cum lacte amygd. decocta mica panis cum lacte. decoctio cucurbitæ in eodem lacte, bugl borag cichor. cum eodem lacte.

Caro testudinis cochlearum terrestrium, cancrorum fluuialium, ranarum aquaticarũ,

Resũptiua prima ſunt ptiſana colata cum iure pulli, vel non colata. Poſthæc vero aues paruæ terreſtres. Tertio pulli gallinacei, &c. Quarto contuſum pector. Gallinę, aut Caponum. Quinto oua ſorbilia. Sexto teſtes gallorum. Septimo iura conſumptarum gallinarum, aut caponum.

Vinum ſit album aquoſum.

Debetur hæc hecticæ ſimplici poſt ſolam lenitionem. Compoſitæ vero poſt purgationem.

In cibum, & alteratiuum exhibent Medici lac, ſiue caprinum, ſiue aſininum, vel etiã humanum, prout magis minuſque horret hæc æger: ſumendum ab vbere ſi fieri poſſit, quantitate lib. ÷ ordine, & modo conſueto.

Si hoc ſtomacho graue ſit, hordei liquor præbendus, aut ptiſana colata cum pauco zaccharo.

Præparatione, & digeſtione humorum nõ eget æger, niſi cum hectica coniungatur putrida febris. Pro ſy. tamen eſt violac. iuiubinus, granat. dulc. apill. vener. & aqu. hordei.

Medicinalia, quibus vtimur ſunt, leniſſima, vt caſſia, manna, zaccharum viol. diapr. ſimplex vſque ad diacath. ſi modo ſit aluus adſtricta, & corpus cacochymum, & præmiſſi fuerint clyſteres.

Hæc igitur lenitiua non erit ab re poſt aliquot hebdomadas ſæpe repetere pro com-

ple-

plexione patientis, ad superfluitates excrementicias educendas.

His actis nil melius balneis aquę dulcis. in labro vulgo tina pro siccitate madefaciẽda.

Probatur item elect. hac forma, Rec. 4. seminum frigid. vnc. i. sem. papau. albi, semin. coti an. dr. ij. nucl. pine. amygd. dul Pystaciorum, pulpæ passul. ana vnc. i. pulpam pector. caponis assati num. i pistentur omnia, & secundum artem cum sacch. albissimo in aqu. bugl. quota suff. fiat elect. in mors. & offeratur ieiuno mane vnc. i. cum aq. Cochlearum terrestr. vel testudin. aut cancrorum fluuial. potest etiam confici elect. cum pulpa Cochlearum minorum, vel testudinũ vel cancrorum fluuial. aut omnium iunctim, aut singularium.

Vnguentum ad renes valde alteratiuum, Rec. ol. nymphææ, ol. semin. cucurbitarũ, ol. viol. ol. ros. omph. ana vnc. i. lotorum decies vel aqu. ros. ex caph. endiu. Adde ceroti albi vnc. i. ceræ albæ q. s. & senguinis testudinis modicum, fiat lento igne cerotum.

Hoc diebus singulis illine spinam dorsi.

Epithemata pro iecinore fiant ex succ. solani, cichor. cum pauco aceto, & aq. rosarum.

Ad hæc vtimur puluere capitali pro capite roborando, ac tragea pro stomacho, quæ vulgaria sunt.

De

De curatione febris pestilentis.

PRimo quoque tempore fiat phlebotomia.

Postero die statim eradicanda materia electiuè tota hoc medicamento.

Rec. florũ cord.florum fumar.ana pug. 2. pulp.thamar.vnc.÷ Agar.dr.iiij.salisg. dr.ij. fiat decoctio in aqu. cord. & in suff.col. diss. pulpę cass.recẽter extr. vnc i.mãnę Calabræ vnc.ij. rhab. opt. infusi in suc. ros.vigorati & colati,dr.iiij.semin citrij contusi, sem. Alexandrini,Dicta.albi contus.ana dr.÷ sy. de acido citri vnc. i. triphe,pers.vnc.÷ m. fiat potus.

Purgatione habita porrige perpetuo ante cibum diamargar.frig. cũ elect. de gem. aut sim.Localia applicentur etiam à principio, & cibi sunto resumptiui.

Puluis experimento comprobatus contra malignitatem Rec. Imperatoriæ, biscortæ torment gentianę,herbæ carlinæ dictæ, radi. aristolochiæ longæ ana modicum,croci momentum,fiat pulu.dosis est aureus cum vino odorato,aut succo acidi citrij, aut aqua acetos.contineantur simul per tres horas, postea fiat epithema cordiale,& hora vna ante cibum detur puluis contra lumbricos, qui continet hæc;

Rec.

℞ Rec. sem. citri, sem. Alexandrini, sem. portul. dictamui albi, cornu cerui vsti ana dra. i. pulucrentur, & m. dosis dram. i. cum aqua grami. vel portul. aut cum sy. de acido citri cum dicta aqua postmodum cibetur his sc. quæ gustando acidulum referunt saporem.

Clysteres sunto leues, nisi materię vergant ad superiora, qui motus fortibus est reuocandus.

Si lethargus, aut phrenitis inuaserint, curentur hæc prout artis est in proprio suo capite tradendæ.

Similiter si pesticia, aut alia exathemata maligua suborta sint.

Si febris vero post 14. diem non det inducias, immo post septimũ, immo post quartũ (quoniam est ex valde acutis) digeratur materia syr. acetoso, vel syr. acido citrij, & de succ. bugl. cum aqu. accommodatis.

Et si iterum fuerit opus educere materiam electiue, educatur, sed lenius tamen quemadmodum dictum est.

Inter cætera vero fiat aeris ambiẽtis commutatio ad puriorem, etiam cum vestimentis.

Hæc satis sunt ad curationem pestilentis febris.

Ad pręcautionem vero vtimur pillul. Auicen. ex aloe, myrrha, & croco. addunt alij agar. bol. arm. alij vtuntur theriaca. Alij

caricas, rutam, iuglandis nudem. Alii sy. de acido citrii. Alii sy de succ. acetos. aut de ribes cum pulueribus, vt dixit, contra lumbricos.

FINIS.

LAVS DEO, AC B. M. V. ET D. LVCAE.



PRAEFATIVNCVLA

Ad contractam morborum interiorum therapiam Neapolitanam.

HIppocrates venerabilis noster dictator suo nos exempio docuit in toto propemodum opere curationum epidemicarum, vt capita duntaxat earũ sint adnotanda memoriæ gratia. Neque enim in demonstrationibus, aut rationibus occupatos esse nos expedit, qui nihil in vita vacantes assidue vacamus innumerorum ægrotantium officijs. Ausus est carpere Dionysius Longinus in libro de grandi dicendi genere, Coi nostri Scriptoris aphorismorum primum, quod hic esset conscriptus asyndetis, & quasi lapidibus sine cæmento non cohærentibus verbis. Verum neque Rhetor alioqui grauis, nec eum imitatus Petrus Victorius in Phalereum, qui dixit amatam viro compositionem duram in sententijs suis edendis: agnouerunt necessarium Hippocratis acticismum ab optimo sene

stu-

ſtudioſè cultum eo conſilio, quod in arte alioquin infinita reddere preſſam, & adſtrictam toto ſatageret animo pragmatias infinitudinem.

Ad hunc nos modum per quaſdam quaſi clauſulas, & per interpunctas notas medendarum interioris corporis affectionum exempla dedimus; tum, quia complectentibus has interdum ſcripto nobis ocij ſatis nun fuit; tum quia non alia pariter vtendi ratio conuenerit his, qui pugillares, & enchiridion medendi volent.



AD MORBOS INTERNOS.

ET PRIMVM.

Ad Phrenitidem remedia.

AEr frigidus si non sit natura, paretur arte ex frondibus frigidis, &c.

Sectio basilicæ dexteri brachij, doctrina Gal. 1. Aphor. 23.

Syr. de portul. de papau. & de inf. ros. cum aq. nymph. nam valent ad conciliandum somnum.

Oxyrhodina ex ol. ros. omphac. parte 1. aqu ros. part. 2. & aceto pauco; atque primo quoque tempore, & prima die; postea

Clyster esto, Rec. cass. tract. vnc. i ol. viol. & mel. viol. ana vnc. iij. cum decocto materiarum & herbarum vsualium m.

Sectio cephalicæ ex sinistro bracchio secunda die, & tertia.

Sectio venæ frontis ad vnc. ij. sanguinis, vel iij.

Aqua paretur ex hordeo pro potu.

Pharmacum quarta die Rec. flor. cor. p. 1.

cham.

tham.vnc. ÷ ſi.dec.in aqu.nymph. in colat.
diſſ.mannæ ele.Calabræ,aut ſucci viol. vnc.
iij. Rhab. opt.vigor. dra.i÷ inf.in vnciis iij.
ſuc.roſ.perſ.Triph.perſ.dra.i. & non col.fiat
potus.

Cucurbitulæ ſcarificatoriæ.

Secunda die caput abradendum,& eidem
affundendũ guttatim ſtillicid. ℞ Rec.fl.viol.
flo.nymph.an.m.lactu.mandrag.hyoſe an.p.i.
cap.papau.numero i .decoq.in ſuf.quantita-
te aqu. f. embrochæ ad ſuturam coron. tepi-
dæ ſi æſtate, calidæ ſi hyeme; mane, & ſero
vſitandæ ad duos dies.

Capiti appone poſt ſtillic. pannos lineos
madefactos in ol.roſ.omph.

Odorifera,quę vocant.Rec.aq. myrt.nym-
ph.roſ.rubrarum ana vncias iv.aceti roſ.vnc.
÷ flor.viol.& ſantal.omnium,ana dr.ij.nym-
ph.p.i.in vaſe vitreo vtitor odorans.

Aquæ ſtillatitiæ ex lactucis mane, & ſero
vſitandæ prandio, & cæna ad attemperandã
bilem.

Fotus gallorum viuorum mane,& ſero per
vnicam diem;altera vero catulorũ lactant.in
vita diſſectorum , vel poſtremo ranarum
eodem modo foto capite; quod ad alias par-
tes frondibus lactucæ.

Syr. de papau. aſſumendus per os cum
ſy.de nymph.& requie Nic.& dummodo fe-
rant id vires,vtere philonio rom. nam alias
non commendantur narcotica, ſi imbecilli-

tas sit virium,aut saltem in pauca quantitate.

Vnguentum popul. ad tempora languentis,vel Oxyrhod.Valentiora hoc modo,Rec. aquæ nymph.suc.lact.ana lib.÷ aqu.ros.vncias iv.aceti ros.vnc.i.m.

Balnea in brachijs,& pedibus ex decoctio oler ingredientium in stillatitia superius annotata in brachijs,& pedibus.

Experti sunt etiam pepones aquatic. in ipso capite.

Ad Læthargum remedia

SEctio venæ mediæ,vel ratione sanguinis, vel inflammationis,tamen.

Clystere præmisso ex diaph.diacat.vel hoc modo,Rec.hier.picr.vnciã ÷ cass.tr.vnc.÷ ol.amygd.dul.& mel.ros.ana vnc. iij.m.

Syr. de inf.ros. de suc. borag. & rhodom. ex zac.ana vnciam ÷ Aqu. borag. vel melis. vel beto.vnc.iij.

In tertia die secanda est vena cephal.sinistri lateris,& postea

Medicamentnm in forma pillul. i. ex pil. cocc. arab. de agar.& rhab. vig si aderit febris in ætate maxime iuuenili, cumque etiã pill. fæt.potest fieri massa ex succ. ros. pers. mox apozema.Rec.sy.de inf.ros.pers ex cum aq.beto.& mels.syr.quoque addi ptest de 9. inf.ros.rub.

Quod

Quod si deglutire has non potest, sit in: for. potabili hoc modo, Rec. fl. cor. p. i. stechados, sampſ. beto. ana p. i. agar. troc. sine salegem. dra. i ÷ fiat d. in aqua beto. in col. diſ. syr. quinque inſ. roſ. perſ. vnc. v. de 9. inſ. vnc. ij. m. & fiat p.

Postea abraso capite fotus fiat ex his, Rec. Anod. omnium ana p. i. dec. in suf. quant. aqu. bet. & spongijs vtitor, & absterge in finem caput, deinde pannos madefactos in ol. com. & amygd. dulcium calidos appone parti affectæ per duos, dies & ipso eodem tempore optime fieri possunt in fronte fotus.

Oxyrhod. hoc modo, Rec. ol. roſ. & comm. ana vnc iij. aqu. roſ. lib. i. acet. roſ. vnc. iij. m. Sternutatoria.

Rec. pulu. nigel. euph. piper. cast. ana dr. ij. fiat pupatella quæ immittatur intra nares.

Eodem tempore propina Syr. ad confirmandum cerebrum, & discutiendam materiam in ipso.

Rec. syr. de inſ. roſ. rub. incompl. syr. de stæch. iuæ art. ana vnc. ÷ pulu. castor. & conſ. diambræ ana dra. ÷ m.

Possumus quoque vti theriaca ad dra. i. cũ aqu. bet. vel vtitor diſſol. cum suc. rutæ ad leniendum.

Vnctiones circa primas vertebras parabis ex ol. nuc. moſc. ex lachr. & balſam. videlicet Rec. ol. nuc. moſc. ex lachr. & balſ. ana dr. ÷ ol. amygd. dulc. vnc. ÷ m.

Hinc ad duos dies catuli lactātes per medium incisi admouendi mane, & sero supra caput:quod postea abluatur ol.chamęm.priuatim.

Interim sternutatoria, & vnctiones non intermittantur.

Galli item admouendi vel quater interdiu eodem modo,quo catelli.

Capilli euellendi ad apertionem pororum, & discussionem superfluorum.

Perdurāte malo Embrochæ,Rec.chamęm. meliol.fænigr.sem.lini,sampſ.beto.serpil.stęchad.& rosſ.incompl.an.p.i.bull.in lib.v.aq. beto.ad consumpt.tertiæ partis, & facta colat.seruetur pro stillicidio, quo vtimur, & calido fotu per spongias

Cucurbitulæ scarificatæ

Fotus ex suc.betæ, sampſ.mercur.beton. cum Agar.quæ omnia decoq;hauriat is naribus,postmodū astringendo nares remoretur.

Masticatoria ex semine sinapis, nasturt. cum melle ad vnc.ij.detineantur sub palato, vel alio modo vtimur masticatorijs cū prædictis,& pyretro,quæ expurgant optime cerebrum.

Hirudines in venis sedis, & ligaturæ, & cauteria circa secundam ; & tertiam vertebram ceruicis

Postremo vrantur partes cerebri exteriores cū farragine, vel cum vesicatoriis ad suturam coronalem qualia sunt pulu. cartha-

mi, & ſeminis ſinap. cum melle, vel cum aceto acerrimo. Vel fiat cauteriolum ferro ignito ad ſuturam coronalem.

Ad Vertiginem per conſenſum remedia

SEctio baſilicæ dexteri cubiti.

Syr.de oxym.ſimp.& rhodom. ex ſacch. cum aqua beton.& cichor.

Medicam. Rec. Agar. ſine ſale gem.dr.iv.ſl. cor.p.i.ſenæ vnc. ÷ fiat d.in aqua beton. & in col.diſſ.ſy de ſuc.viol. vel mann.vnci. iv. Rhab.ſine ſpica dra.i÷ inf.in vnc. iij. ſucc. roſ.perſ.non col.diaph.vnc. ÷ m.

Cauteria in crure dextero externe, & ſtatim decoctum lig.ſancti cum ſarza, Rec.lig. ſancti,& rad.ſarzæ minut.inciſæ ana vnc. ij. inſ.in 6.lib.aquę font ſ.d. ſ.a.ad conſ. tertiæ par.aquæ. Adde ſen.or.cum follic. vnc. i ſl. ſtęchad.ſampſ.beto.borag.bugloſ.cichor.fumiter.& lupul.ana p.i. ſemin pæoniæ m.÷ ſ. col.ſeruetur pro ſyr. cuius doſis ſit lib.÷ exhibe calidum mane,& prouoca ſudorem.

Aqua ſit huiuſmodi, Rec.lig.ſancti,& ſarzæ ana vnc. i.fiat deco.modo,& tempore in dicatis in xv.lib.ad conſ.tertiæ partis.

Licet addis ſub finem coriand. pręp.vnc. ÷ cinnam dr.ii.

Pillulæ maſtich. poſt cibum ad dr. i. Vel ſyr de ſtæch.& de inf.roſ.& endiu.cũ diãbra, vel cum ęlectuario pliris archonton mane

hyeme oxym. sit scyllit.

Ad Vertiginem per essentiam

SOmnus breuis esto, talis & motus.
Sectio venæ mediæ dexteri cubiti.
Pharm. Rec. pill cocc. Arab. & Agar. trochis. ana dra i. form. pill. 5. cum suc. ros. rubr.
In forma potus; Rec. syr. de inf. ros. rubr. & de suc. ros. pers. ana vncias iij. cum aqua betonicæ m.
Cauterium in sinistro brachio.
Decoctum lig. indi sine sarza; quo assumpto iterũ purgetur corpus, m. decocto ligni sit ad vncias iij. corticis vero ad vnc. i.
Balnea. vtimur sudatorio Trituli, & Sulpharaia, quę sũt Puteolis. his vero nõ cõtingẽtibus, Rec. sulph. cũ ros. incomp. coniectis in ignem sumat homo fumũ ex illis, verum operto capite lenita multo prius aluo.
Emplastũ in sutura coron. quod R. semin. pæon. rad. beto. macis. cort. thuris, mastich. maior. rosar. incom. zinzib. ana vnc. ÷ cariophy. & gra. parad. dr. i. cucub. dr. ÷ terebin. ad suf. deduc ad emplastum in tela exteriori parte pone viscus quercinum.
Interpellatis vicibus pillulæ sine custod. quales sunt pill. arab. & mastich. assumendæ post cęnam.
Iisdem temporibus dato myrabolanos cõditos, primum incipiens à citrinis, secundo

à cheb.tertio ab embl. quarto dato pill. superius annotatas. Et si myrobolani conditi nõ extẽt exhibeto syr.de suc.ros.incompl.cũ diambra, vel cum diamoscho dulci, vel plir. archon.sine moscho.

Vnctiones ceruicis ex oleo nard.de spica, de costo irino de hyperico, nucis mosc. vel balsami.

Vtrisq; temporibus affige empl.in forma circulari perlitum ex mastiche.

Ad Cephalagiam

PRimũ ænemata ex hiera piera,& melle despumato, ex hiera logod.ana vnciã ÷ cum oleo chamæmelino, vel Chamæmeli decoctione.

Frictiones asperæ; mox cucurbitulæ sine scarificatione in causa calida.

Oxyrhod.ex aqu.ros.& aceto ros.ex causa vero frigida ex oleo chamęm.& oleo beton. cum aceto ros.tale siquidem expellit frigiditatem.

In intemperie calida syr. de inf. ros. de nymphæa, & de papau. cænato iam homini exhibeto.

In causa frigida syr.de beton.de inf.ros.de stæchade: diãbra cũ puluere semin.coriand. quę omnia misceri possunt tabellis hoc modo,

Zacch.rosar.rubr.incompl. vnc.iii. con-

ſect.diambræ pulu.cordial.præpar. ana dr. i. ſeminis pæon.dra.ij.ſacch. albi diſſol.in aqua beton.m.fiat electuar.

Sacculi circa ſuturam coron. Rec. ſamp-ſuchi,roſ. incompl. & beton. ana drach. i÷ maſtich.& cort.thur.ana dr.ij.carioph.dr.÷ ſ. m.pæon.dr.i.omnia ruditer conterantur,& fiat duo ſacculi

Si fuerit hemicrania præſente humore in parte dextera vitio iecoris, vel in ſiniſtra cauſa alienis;

Sectio venæ in parte dextera iecorariæ, in ſiniſtra mediæ ſiue communis,Galen.de ſanguinis miſſioe cap. 14. poſtea ſyr. de inf.roſ. de ſucco cichor.& borag.cum aqua beton. mane,per tres dies offer.poſtea ſectio altera venæ cephalicæ eiuſdem lateris

Medicamentũ purgans hoc eſto,Rec.ſeñæ orient cum follic.& Agar. ana dra i. fiat decoctio in aqua beton.in col.diſſ.ſy.roſ. ſolut. vnc. iiij de ℈ inf.roſ.rubr. vnc.iij. Diaphæn. vnciam ÷ poſtea

Empluſt. ex maſtiche cum lacte muliebri tempo ibus affigendum. Sed dolore affligente magis vtere cum opio,cum ſyr. de papau. de nymph.cum requie; Nic. vel Philon. Roma.ſed his tamen caute

Irrigato præterea locum ſucco lactucæ, & ſolani, ſi materia ſit calida.

Vteris etiam cucurbitulis inſcarificatis.

Ad Dolorem totius cerebri

SI fuerint præſentibus humoribus dolores,ſectio iecorariæ.Si fuerit vitium a lue venerea cura cauſam.

Medicamentum expurgans interne corpus.

Stillicidium ex decoct.roſ.viol.borag.florum nymph.lactucæ, ſolani hepaticæ in ſuff. quantitate aquæ, circa ſuturam coronalem, fiant embrochiæ deraſo capite:deinde appone pannos linteos ex oleo viol. tum ad dictã ſuturam,tum ad frontem:mox

Cũ oxyrhodino miſce quod Rec. ſuccorũ lactu.& ſolani ana lib.÷ aquæ roſ.& nymph. ana vncias iiij.olei roſ. & olei ſemin.papau. ana vnc.iii.acet.roſ.vnc.i.m.

Linimentum ad vtraque tempora ex vnguento populeo.

In materia frigida ſtillicidia ſint hæc,Rec. ℞ Anody.flor. ſtæchad.ſampſu. beton. ſerpil. roſ.rubr.ana m.i.lauendulæ p. i. galangæ dr. ij.decoq; in ſuff. aqua beton calidis vtitor, poſtea pannis madefactis in oleo chamęmel. foue partem.

Syr propinentur calidi,vt ſy. de beton.de de inſ roſ.cum diambra,diamoſcho, & pliris archondon.

Olea quoque calida ad tempora , & circa ceruicem,qualia ſunt de nuc. moſch. & bal-

fami de carabe, deque carioph. destillata.

Empl. ad suturas, vt ante diximus in curatione vertiginis.

Sudatorium Trituli, & Sulphataria postremo solent accommoda esse sæuo depellendo dolori.

Cauteriolum brachio sinistro. quod si fuerit diu firmatus dolor, vt fiat iam cephalea, frugiferum erit decoctum ligni Indici, de quo supra.

Ad Melancholiam

PRima die sectio venæ basil. dexteri cub. sed prius aluo lenita pro clystere.

Syr. de papau. de nymph. & de inf. rof. cũ aqua nymph.

Catharticum paretur ex pill. de lapide Lazuli, de fumit. & Agar. an. dr. ii. form. pillu. cum suc. rof. rubr. postea vero

Potus ex syr. de Domini Augustini, & syr. de suc. viol. ana vnc. ij. aquæ nymph. quod suff. m.

Potus ad 9. dies ex aqua lactu. destil. & stillicidium ad caput ex frigidis.

Balnea aquæ tepidæ dulcia dicta præmissa alui mollitione.

Emplastum ab his affigendum est ventriculo.

Ioannis de Prochyta, vel totus ex absynth. quod vtrumque applicitum retineri po-

cest

teſt in balneo,ne ventriculus aqua dilaxetur in balneis duratio 9.dies hora vna.

AEgrotans ſi fœmina ſit,vterus in balneo præcludendus eſt.

Poſtquam balneo factum eſt ſatis, omnibus modis humecta corpus præcepto Galeni 3. de loc.aff. & primum lacte aſinino ad 40. dies.

Incoquendæ pullis radices borag. bugl. & endiu.Hirudines affigendæ venis infimæ ſedis.

Ad Melancholiam hypochodriacam

PRimum ſectio baſil.dexteri cubiti lenita prius aluo.

Syr. de borag. rhodom. ex zaccharo, de radic. Gentilis ſine aceto cum aqua meliſſæ.

Medicamentum purg. Rec. Agar. troch. dr.i.flo.cord.p.i.ſennæ or.cum follic vnc.÷. fiat decoctio in aqua meliſſ.& in colat.ſufficiēti diſ.Rhab.opt.vigo.dr.i.inf.in parte prędictæ deco.ad ſuff.ſyr.de quique inf.roſ. perſ. & ſyr.Domini Auguſtini ana vnc.ii Diaph. vnc.÷ & cum colatura fiat potus.

Decoctum chinæ,Rec.chinæ pręp.ſecundum art.vnc.÷ inf.in aqua ſon.ad lib.ii. per 24.horas:redde ſub fine decoctum ad dimidium affuſæ aquæ,fiat cola.pro ſyr.dequo potet in dies calidam lib.÷.

Aqua

Aqua ex eadem radice, Rec. Chinæ vnciã ÷ infunde in viii.lib.aq.fontis decoctionem producito ad conſ.tertię partis aquę coletur & ſeruetur pro potu.

Syr.eductiuus ex ſeña orient. Tertio quoque die ad vncias ii. vel quod ſatius eſt, ſyr. magiſtralis, qui Rec.Chinæ præpar. vnc. ii. inſ.in lib.vi.aquæ fontis per 24. horas deco. ad conſumpt. dimidiæ aquæ.inter hæc adde flor.borag.viol.fumit.lupul.endiu.fumar.ſcolopendrij, ſeu cetrac. capill. vener. ſtæchad. ſampſu.beton.cichor.ana p.i.foliorum ſennæ ori.vnc.i.glycyrrh.modicum cõtuſæ vnc.÷ ſem.anyſ.& fenic.ana dr.i.abſynt.p.÷ rhab. pigo.ſubt.puluer.dr.ii.fiat col. cum forti expreſſ.quæ aromatizẽtur impoſito ligno aloes cum ſantal.omnibus ad dra.ii. denique adde zacch.ad ſuffi.vt fiat ſyr.longus de quo potet ægrotus vnc. iiii. in dies 22. mane calide.

Potus aquæ decoctæ Chinæ.

Sanguinis emiſſio ex vena ſaluatella infimæ manus ſiniſtræ,& affige venis ſedis hirudines quarto poſt die.

Clyſteres incocti capitis veruenis, Rec. caput veruecis numero i.florum chamæmeli pariet. mercur. ana p. i. fenigr.p ii. caricas ſucculentas numero 12.ſem.anyſi, & cumini ana dra. i÷ in fine decoctionis ſeñæ ori. cum follic.dra. iii. hi clyſteres vſitandi ſunt ſæpe addito melle deſpu. & zaccharo rubro ana vnciis iii. quandoquę bis pluſculis die

bus

bus aluo ſicciore, poſtea vero facta vacuatione illinc abdomen oleo de abſynth deſtillato, &c.

Diaſena aſſumpta ex vino odorato, vel iulep.de cinnam. ad dra.i.cum aqua de cinnam. deſtillato ad vnc. ii.

Ad Epilepſiam

Epilepſia, aut per eſſentiam, aut per conſenſum, aut ex affectione viſcerum, ac raro per conſenſum ex articulis remotioribus ad cerebrum fit. Galen. lib.3. de loc.aff. cap.7.

Futuræ Epilepſiæ per eſſentiam præſeruatio

Sanguinis emiſſio de ſaphena ex vtroque pede.

Quoniam habent acceſſiones ſuas præſertim in plenilunio, tempeſtiuè occurrunt

Clyſteres fortes, Rec.hieræ logad.& Diaphen.ana vnciã ÷ Agar.troch.& plurimum contriti dr.i.mell. deſpum. & olei chamæm. ana vncia iii.cum pulli iure

Sy.præparãtes de ſtæchade, de inf.roſ.arid. de beton.& ſi qui ſunt alij.

Medicamentum purgans, Rec.pill.de lap. lazuli, pill.de Agar.troch.pill. Arab.ana dra. ii.form.pill.7.

Apozema, Rec.ſyr. Domini Auguſtini de

no-

nouem inf.rof.rubr.ana vnc. ii. aquæ beton. vnc.iiii.& fiat apoz.à quo poſtridie eruptorium ſiniſtro brachio.

Iterpollatæ pill de hiera ſero demittendæ.

Alias vero confectiones diambræ, vel olei cum balſami flauum cum ſ r. de inf. roſ. incompl.rubrarum.

Emplaſtum capitale ad ſuturam coronalem.

Decoctum ligni Guaiacam impoſita chamædri, quam iuam arteticam vocant, & calamento maiore.

Potus ex eodem ligno.

Remedia naturalia ſudatorium Trituli, vel ſudatorium Sancti Germani in crypta Agnani, vel aer medicatus Sulphatariæ.

Ad præſentem Epipleſiam

CLyſter, Rec. vt retro dictum eſt ſed potiores, ſunt balani, ſeu ſuppoſitoria.

Rec. hyeræ Logodion, pulu. hieræ Galeni Agaratroch. ana dr.ii. pulpæ colocynt. dr. ÷ ſal. gem. dr. ii. mell. deſp. ad ſuff. & fiat ſupp. cum filo tenui prolixiuſculo

Frictiones in tibijs, & fæmoribus latè. ſi fœmella ſit, etiam abſtrahendi ſunt pili de pube, & affigendæ tibijs tria dolorifica commenta.

1 Cucurbitulæ torrida cum flamma quatenus perſentiatur fructuoſus dolor.

2 Aliquot sunt accendendæ céreæ facule de quibus obliq;demissæ guttulę pingues spatulas exustulent ad euocandum huc humorem exitialem.

3 Ligaturæ ad extremos arctus arctissimæ.

Sternutatoria ex pip.nigro nigella, euphorb ana dra.ii.in tela rara paretur sternutatorium,vel intrudatur huc puluis ptarmicus.

Lenitiones ad tempora ex ruta cum mithrid.calido.

Vnctiones per totam spinalem medul. cũ his oleis, Rec. ole. costini irini, de hyperic.de spica de lumbr.ana dr.÷ ol.nuc.moschatæ dr.i.m.

Ore detineantur hi syr.Rec.sy.de stæch.de inf.ros.ana vnciã i÷ pulu.castor.dra.i.m. sine aqua.

Frictiones sunt faciendæ brachijs.

Os aperiendum violenter claue chirurgica,vel communi.

Ad Epilesiam per consensum

HAEc vel ventriculi, vel totius corporis vitio fit.

Ad summam enim agitatur hoc, vel illo consentiente, videlicet vtero, semine.

Sy.Rec.de inf. ros.oxym.simp.rhodomeli. ex zaccharo ana vncia÷ aq.beto.vncias iii. misce.

Medicamentum purg. Rec.pill. de hiera pill.

pill mastiches,& cocciarum ana dr.ii. Agar. troch dr i cum carhart rof form pill.7.

Apozema ex syr.Domini Augustini, sy. de nouem inf. rof. rubr. cum aqua cordiali.

Frictiones ad ceruices, & dorsi spinam e nuce myristica bis,aut ter hebdom facien da mane ante cibum.

Granum mastiches assumendum,& mandendum.

Oxym stillatitium.

Emplastum vtriusq; Gall. pro stomacho præmisso vsu decoctionis ligni sancti,queadmodum ante descripsi.

Balnea succellarij ad ventriculum. Quod si non est narurale,sed exterum, arte parabitur ad hunc modum.

Rec. cort. citrii,& foliorum ipsius,absynthii vtriusque menthæ, & rof. rubr. ana p ij. carioph dra. i cinnam. dra. ii simul bull in in sufficienti quantitate vini rubri generosi intinctis spongiis foue ventriculum.

Quem confirmabis postmodum

Rec. pulu. vtriusque menthæ,& rof. rubr. ana dra ii. garioph. dra i cinnam & mastich ana dra.i.cum oleo mastich & cera pauca fiat linimentum.

Confectio diamoschi cum vino, & myrobal conditis cheb. citr. aut embl si morbus quidem per essētiā sit,à cæna.Si vero sit per ventriculi consensum mane te manet ante prandium ingerendum. per consen-

sum

ſum accidat inſultus vteri carentis beneficio menſium in fæminis,aut ſeminis effumantis in viris,tum

Cauterium infig to parti cruris internæ, ſeu maus externæ, vt moris eſt Vrbe Roma.

Ad dolorem dentium

IN pueris llinitio gingiuarum ex cerebro leporino & ſacch. & eas bone confrices digito: defectu cerebri leporis vtaris pulli gallinacei interempti in vita, cuius cerebro mox immiſce ſaccharum

In os inijce ſyr de viol.& de cann.

Dens Lupi adiuuat à proprietate fricatus ad dentes,vel candela ceræ albæ,quæ manſa, aut ore verſata ſedat dolorem.

In Adultis medicamenta aſtrigentia, & conglutinantia,qualia ſunt lauatoria,quæ

Rec. ligni indici decoq;ad conſumpt. tertiæ partis.adde aluminis rochæ adulti drach. iij.carioph.dra. i÷ balauſt malic.ana p. i. lētiſci,& ſalui ana p. i÷ ſeruetur colatura pro lauacro.

Vnguenta,Rec. Aloes præpar. dra. i boli arm. orient. corall. omnium, ſanguinis draccon.maſtich. ana dr. i÷ rhodom. & ſy.myrt. ana part. æqual. cum quibus admiſce pulueres, & ſecundum art. ad modum conſeruæ diſtentum appone noctu ſuper gingiuas, & deſuper linteum ſubtile.

Balneum Succellarij.

Caricis affis, & apertis insperge saccharũ iterum calfactas appone.

Olea distillata ex carioph.

Philonium persicum ad stuporem inducẽdum, sed cautè opij causa.

Venæ sectio ad reuulsionem.

Causa existente interna acetum scyllitic. calidum, vel radix pyrethri topica.

Lauacrum decocti in vino hoc modo, Rc. carioph. & piper. ana dr.÷ rof. incompl. & saluię an. p. i malicor. & balaust. & lentisci an. p. i alum. rochæ vsti dra. ii. bull. in vino generoso, & vtitor.

Corroborantia, vt diambra purgato corpore, & sanguine iam emisso.

Remedia ad dentes albificandos Rec. malic. præpar. in aqua rof. dra i. bull. in vino rubro. adde in decoctione asari, acori, & corall. rubr. mastich. boli arm. or. ana dra. i÷ & facta decoctione vtere.

Deinde accipe pulu. conchyl. adustorum tenuissime tritorum pone in cuspide radicis maluarum, & affrica bene.

Vel aqua destillata, Rec. malic. balaust. conorum cupres. Gallar. plantag & portul. aca p. i pulu. terræ sigill. boli arm. orient. corall. omnium santal. omnium, & sanguinis drac. ana dra. iii. macerentur dies tres in aqua plãtag. ad lib. vi. destill. in alembico vitreo: vtere ad abstergendas gingiuas dolore vexatas.

Apo-

Apoplexiæ curatio

NVm viuat æger, sic exploratur. si inficit speculum spiritus, vel si mouetur pellicula cæpæ in ore, vel si mouetur aqua in vase imposito supra vmbilicum.

Si corpus erit validum, secetur vena interna ad vnciolas duas sanguinis, quæ si cōfert, repetatur præuia protestatione. nam assumitur languens fermè pro mortuo.

Frictiones, ligaturæ, cucurbitulæ scarificat.

Aduratur caput ignito ferramento.

AEger moueatur potius quam iaceat.

Non sentienti fiat cauterium in sutura sagittali, vel in collo, quod est minus periculosum.

Vesicatoria in supremis scoptulis, idest spatulis, hoc modo, Rec pulu. canthar. & semi. sinap. ana dr.ii. cum aceto acerrimo, & pausico melle, sed primum in loco illo administrentur cucurbitæ cum scarificatu. Deinde dicta vesicaroria, & sinapismi siue scarificationes in sutura coron. & sagitt. hoc modo, Rec. sem. sinap. cum melle cum aceto parti imponatur.

Sternutatoria quæ supra.

Ad Catarrhum

CAtarrhus, vel Raucedo, vel Grauedo, vel Coriza tertio de causis sympt. cap. 4 & à Schola Salernit. priuatis versibus facile. distinguuntur, Raucedo à causa calida, vel frigida; Grauedo vero cum est à causa calida febris, & capitis dolor in promptu sunt. tunc fiat.

Venæ sectio dextri cubiti interni.

Lambitiuum ex syr de cann. granat. dulc. viol. iuiub. postera vero die fiat

Sectio cephalicæ: postea.

Syr. de cann. & de inf. ros. ana vnc. i. aquæ cichor. vnc. iii. m.

Tabellæ ex diacodio.

Frictiones per totum corpus, &

Cucurbitulæ sine scarificatu.

Clysteres trahentes à cerebro ex medicamentis hisce compositis, vt ex hierapicra, ex oleo viol. melle viol. & castorij puluisculo.

Gargarismi refrigerãtes, humectantes, abstergentes, Rec. maluæ, viol. hordei corticibus integris an pugil. i passul. sine granis caric. pingu. & iuiub ana pugill. i bulliant in sufficienti quantitate aquæ fontis, & factæ colat. sumitur libra i. cui addatur syr. viol. & iuiub. quæ græci zuzipha dixerunt.

Fomenta ad nares ex decoctione hordei. Secundo ex his, quæ diximus in gargarismis addita in illis multa portione olei amyg. dul. recentis.

Li-

Linamentum intra nares ex oleo amygd. dulc.recenti,& calido. Sed his omnibus parum iuuantibus vtendum est medicamine ex purgante simul, & refrigerante, quale est syr. de suc.viol.& syr. rof. solut.& de nouem inf. rof. rubr.

In materia vero frigida

Clyst. calidiores,Rec. Diaph. & hieræ picræ ana vnc.÷ Agar.troch.tenuissime contriti drach. i mellis despum. & ol. chamæm. ana vnc. ii.cum dococtione communi m.

Frictiones,&

Cucurbitulæ.

Syr. de stæch.& de inf.rof.& iuæ.art.eticę ana vnc.÷ aqua beton. vnc.iii.

Tabellæ. Rec. zacchari rof rubr. vnc. iii. conf.diambræ,pulu. corall præpar. ana dr. i. sem pæon. dra. ÷ zacchari albi dissoluti in aquæ beton.quod suff fiant tab.quæ teneantur in ore.

Suffumigia circa nares ex decoctione sam psuc.stæchad.beton.caric.ping.& passul. ana pugil. i. bull. in suff portione aquę beton de qua sume lib. i. in quam adijcito mell. rof. vnc. iiii. quo etiam vtitor pro gargarismo.

Vtimur præterea pulegio in panno lineo, vel serico,cum pauca sampsuchi portione, fiat odoramentum.

Sacculus in sutura coronali.R.4. Anodyn. sampsuchi,beton. florum stæchad. & rof. in-

compl.ana pugill.i.ex omnibus ruditer tritis fiat ſacculus ſericus ad expurgandum cerebrum.

Miſtura,maxime ſi ſubeſt tuſſis,de loch de pino,& diacodio teneatur in ore.Sic quoque pillulæ dictæ bechicæ ſub lingua teneantur.

*R*ec. Amyli,dragacanthæ ana vnc.÷ cum ol.amygd.dulc.recẽter expreſſo ſufficienti.m.

Item vtendum eſt manna diſſoluta in aqu. hordei calida,vt fieri ſolet in morbo gallico cum materia eſt rebellis naturæ : tunc curetur tanquam morbus Gallicus, cum decoct. ſpartæ,ſiue ligni ſancti.

Si aderit periculum deſtillationis, Cauterium in brachio ſiniſtro,& vſus ſudatorij.

Ad Anginam

Diſtinguendum num ſit vera, vel quæ eſt ex luxatione,quæ dicitur la Serra, quæ viſitur in pueris:quæ curatur ab oſtetricibus officio manus quo facto agglutinatur emplaſtrum capitale ad locum affectum,vel ad ſuturam coronalem inſpergatur-

Puluiſculus , qui *R*ec roſ.rubr. incompl. cort.thuris,maſtich.ſem.pæon.carioph ſampſuchi ana part.æqual. prius trita mox lacte commaſſentur,& capiti imponatur mixtura.

Vſus balſami flaui,cum inf.roſ.rubr.

Syr.valentes, vſu lenitionis ſunt de cann. de granat.dulc.

Sanguinis emiſſio ſtatim facienda liberalior, ſi ferant vires. nempe morbus eſt acutus. Sed lenita prius aluo.

Clyſt. ex caſſia ol. viol. rhodom. & diacath.

Venæ ſectio repetita in dextro cubito interno.

Syr. de ſuc. borag & violarum, cum aqua capill. vener.

Inualeſcente morbo, vel perdurante tertiò ſecetur vena cephalica dextri cubiti. Si his non cedit, quarto vena pertundatur, quæ ſubiacet linguæ.

Inunctiones ex oleo amygd. dulc. in collo præſertim anteriore.

Gargariſmi. ℞ec zacch. roſ. rubr. vnc. ii diſſ. in lib. ii. aqu. hord. factæ colaturæ adde aceti roſ. vnc. ii. fiat garg.

Aſſumendus in dies gargariſm. fortis, qui ℞ec. ſyr. de inſ. roſ. arid. & de portul. ana vnc. i÷ aqu. portul & aquæ plantaginis, ana lib. i. acet. roſ. vnc. ii.

Fomenta ex 4. anody. decoctis in aqua. vtere per ſpongias. Poſtea inunge particulam butyro, & oleo amygd. dul.

Lambitiũ ex manna diſſ. in aqua hordei: vice vero mannæ. ſy. eſt viol. vel granat. dul. & de cann. ana partes æqu.

Tertia die gargariſmi valentioris virtutis ℞ec. caricarum ping. paſſul. exacinatarum, iuiub. capill. vener. maluæ, & viol. ana pugil. i. bull. in ſuff. quantitate aqu. fontis, in lib. ii.

dissolue rhodom.ex zacchar.vnc.ii. fiat gargar in statu morbi.

His medicamentum succedit lenit. quale est de sy suc.viol.de insus.ros.pers. aut mannæ,aut Cassiæ,quod si deglutire non detur:

Empl.parte externa.℞ec.pulp.Cass.recen. extr.per set.vnc i. æsypi humidæ vnc.÷ nidi hirũd.dr.iii.fiat empl. pro gula, quod extendatur in tela angusta.tenẽdum per duos dies, in quo remiscenda est posca cum cineribus hirund.ad dra.iiii

Gargar.ex lact.caprino,vel asinino tepido.

Vtimur etiam moris,quæ det oportunitas temporis,& petroselinis frictis cũ ol. amyg. dul.in statu tamen.

Puluis item benefacit stercoris Canis cũ modico zaccharo,fistula insufflandus ad fauces interiores.

Post statum deueniendum est ad exiccationem partis affectæ.

Ideo Rec.pulu.carabes dr.ii.inijce in carbones, cuius suffitum excipiat ore adaperto decumbens.

Cucurbitulæ scarificatæ.

Communis hæc curatio, tum legitimæ, tum illegitimæ anginæ.

Ad Ophthalmiam

VEnę sectio in ophthalmiã solennis est, & vt plurimum factitatur dextero cu-

bito,deinde repellitur defluxus in oculũ pannis madefactis ex lacte fæmellæ, & aqu. ros. alb. lenita prius aluo per clysterem ex Cass. ol.viol.& melle viol.

Postridie iterũ fiat venę sectio alterius brachij cephalicæ.

Sy.de inf.ros.de cich.& de endi cũ aq.fæn.

Est & reprimens medicamentũ albumen oui recentis bene agitatum in aqu. ros. albarum, quod cum resederit spinosos retũdet oculi dolores.

Tertia die vteris compositiore oui remedio quod Rec.album oui quassatũ in mort. cum aqu ros.& fænic pauca.in hanc infunde pupatellam,qua conclusum sit sacch. ros. granulosũ & tuthia præpar.ana dr.i.exprime intra palpebras oculi.

Quarta die purga corpus pharmaco,quod Rec. florum cord. pugill.i.Agar. troch dr.i. fiat decoct in aqu.fænic. in qua per colata diss. syr.ros.solut. vnc. iii. zacchari viol. vel mannæ ele corp & syr.de nouem inf.ros.rubrar. vnc.ii. mane offer.in potum.

In forma vero boli, Rec. pulpæ cass. rec. extr. per set vnc.i.cons. Hamec.vn.÷ agar. troch.dr.i cum sacch. suffic. misce Quod si crassior hæreat corpore materia pillularecatharticum,Rec.pill.lucis pill.arab.& agar. troch.ana dr.i.cum aqu.fænic.form.pillulæ.

Vtimur etiam butyro recenti cum tuthia loto ex aqu.ros.alb. quo illinãtur oculorum

tum

tum anguli tum palpebræ.

In progreſſu valet aqu.chælid.euphras,& fænic. deſtill. præſertim cũ ophthalmia peruenit ex sãguine. quum vero aliunde laudat Gal.fænũ gr.decoctũ in aq. fæniculi prius ex puluere bene deterſi.

Si diuutis ophthalmia perduret teſtula ſiue oſſe ſepiæ tempeſtiuè licebit vti cum tuthia præpar.& zacch.cand.ana partib.æquis.

Vtimur quoque aqu.ſociali,cuius deſcrip. tradit Altimarus in cap. de ſuffuſione.

Hirudines ad poſteriorem aurium partem licet refragari videatur Hippocr.lib.de aere, aquis,& locis.

Cauterium collo ſiccis in regionibus;in humidis vero bracchio defigatur.

Ad dolores aurium

SEctio venæ dextri cubiti, ſi materia calida ſit.

Syr.de inf. roſ.de ſuc. cichor. cum aqua lupul.

Secunda die ſi dolor fatiget, ſecetur iterum vena cephalica eiuſdem lateris.

In auriculas vero infundatur lac muliebre tepidulum, vel ol.amygd.dulc.vel ol.e luteis ouorum.

Fomenta præpar.ex anod.quæ bull. in ol. applicando per ſpongias.

Decoct.caue ne ſubeat in cõchã auriculæ

Quar-

Quarta die medicamentum ex manna, vel ſyr. viol. diſ. in aqu. de. 5. inſ. roſ. perſ. ſi ſit maiuſcula febris impone rhabar. & ſenam.

Perdurante dolore, cataplaſ. ad auriculas ex ſarin hord. cũ lacte ol. roſ. cũque uitellis ouorum in linteo diſtende.

Adhuc vero progrediente ſuccis vtitor lactucæ, & ſim. pulu caſtor. inſuffla, ne male grauetur cerebrum.

Adipes Coturnicis, vel Vulpis cum ſaccharo laudatiſſimæ ſunt.

Cum ſyr. de papau. de nymph. de inſ. roſ. offerre poteris myroba citrin. & chebul. conditas à cæna: nam valide reprimunt defluxiones, & irruptiones humorum.

Apparente apoſtemate purgatiuum aliquod medic. illius puris, quale laridũ eſt dulce dilutum ex aqu. roſ. nam belle aperit, & digerit. Verum tamen intingatur laridum ol. amygd. dul. & cubet ægrotus eodem latere, quò depurgetur pus.

Marina eſt concha, Pinna magna dicta, vulgo noſtro lana pinna: ab cuius inferiore parte in amplam latitudinem extenditur biſſus, ideſt delicatiſſima, & molliſſima lana, ſeu lanago ſerica. Huius modica pars digito con uoluta, & filo dependens intus auriculam exteriorem demittitur: auxilio credita nobili aduerſus aurium dolores, & e longinquo trahendi vim habere.

In materia vero frigida ſyr. de inſ. roſ. rho-

dom. è zaccharo, & oxymeli ſimplex cum aqua beton.

Pro pharmaco dentur pillulæ cocc. arab. agari.trochi, vel etiam pill.aggreg. cum cathar.roſ.vel ſyr.de ſtæchad.

Apozema ex ſyr.roſ. perſ.& de ſy.9. infuſ. roſ.rubr.cum aqu.beton.

Topica ex ol.amygd. amar. cum pauxillo larido ſuillo.Oleũ, in quo decocta ſit ſampſuchus ſicca hoc modo,Rec.florũ chamæm. melil.fænugr.& ſem.lini,ſampſ. beton. florũ ſtæchad roſ.incompl.rubr. melis & ſurf. q. ſ. duo ex hac miſtura ſacculi calidi applicandi.

Immittimus quoque modicum corticem raphani hortenſis edulis , vel goſſypium imbutum odorato moſcho.

Item olea de Caſtor.quod eſt mirabile , & momentum olei de carioph.deſtillato.

Ad Suffuſionem

SVffuſionis quidem ſpecies eſt duplex, incipiens,& confirmata.

Incipiens curatur ſanguinis reuulſione ex media dexteri brachij,&

Syr.corrob.& incid.oxym.ſimpl.compoſ.

Pillul.arab.cum ſuc.fænic.m. & fiat maſſa pro medicamento præcedente mox.

Apoz.ex ſyr.de inf.roſ.rubr.cum manna vel zaccharo viol.vel ſyr.roſ.ſol.

Puluis,Rec.pulu.tuthiæ præpar. zacchari

candi.rosati,& testulæ siue ossis sepiæ ana dr. i.in oculos insperge.Eodem tempore vtendum est decocto fænigr. fæniculi, eupator.& chælidon. an. part. æqual. fiat lauacrum pro oculo.

Balneum item naturale, vt baln. fæniculi, quod est Puteolos.

Sed & præscriptis pul.adde viride æris dr. i.vel Rec. mell. destill. suc. limon. parui euphras.chælid.plantag.an vn.÷ ceræ paurum fiat vnguen.immittendum in angulum internum,& externum.

Aqua socialis ab Altim.descripta de rosæ Anglicæ libro.

Syr.de stæchade, de inf.rof.incompl.cum diambra.

Mirobal.conditi à cæna delibandi interpolatis vicibus.

Hirudines affigantur post auriculam affecti loci, vel oppositi.

Cauterium interiori bracchio secundum oculi rectitudinem.

Decoctum ligni,& spart.pariliæ.

Sudatorium Trituli,vel Sulphatariæ.

In confirmata ophthalmia fonticulus in nocra expilis equinis mane,& vesperi distrahendis.Sanies autem vino diluenda, vel in sutura coron. cum empl. in serico chermisino.

Parotidarum curatio

PArotides à duab.ſunt cauſis,vel ratione criſis,vt in febrib. vel ſymptomate,vel alia ex cauſa frigida ſine febri. Sic variam recipiunt curationem,quæ ſunt videlicet.

Quæ ſunt a criſi leniter curātur ad maturationem perductæ.mat.firmata pauca reſoluētibus.& ſi corpus fuerit robuſtum primo

Secabis venam ex eodem latere , & circa partem affectam.

Ol.amygd.dulc.cum butyro,ol.chamæm. fouebis autem partē affectam 4.anody.quod ſi proſequitur dolor:

Secabis iterum venam eiuſdem lateris cephalicam,& tum adhibe ad partem.

Catapl.quod Rec. far. hordei p.i. lact. caprini,butyri recent.ol.roſ.omph.ana vnc.iii. vitellos ouorum numero duos, micæ panis quantum exigitur:impone parti.

Signis apparentib.conc octionis maturantia,& ſuppurantia.Rec.maluæ,althææ. farin. frumēti ana m.ii.caricas ping.numero 7.panis azymi,aſſungiæ ſuillæ rancidioris vnc. ii. croci dr.i.omnia reducantur in mortario ad form.emplaſti,quod diſtende in tela in partē affectam accommodandum.

Maturatione perfecta vomica pertundatur,non phlebotomo quidem, aut ferramento frigido,ſed ignito.

Si

Si vrgeant ſymptomata, quæ ſunt quidem vt plurimum dolor grauatiuus, durities, & febris comitata: ſub hiſce caſibus emitte bis, imò etiam ter ſanguinē nedum ſemel; quippe quod imminet peric. ſuffocationis. Primo ex vena communi. Secundo ex cephal. eiuſdem lateris. Tertio ex vena, quæ ſubiacet linguæ. interim propina medicamentum purgans ſecundum humoris peccantis exigentiam.

Facta prius præparat. cum ſyr. exinde fiat potus.

Quarto anodyn. in hydræleo, & pars illa lenienda axung. gallin. cum ol. amyd. dulc. vel oleo. roſ. cum butyro recenti.

Corroborantia cerebri per ſyr. de inf. roſ. diambram, & ſimil.

Emplaſt. alias dictum.

Apertio parotidarum quamuis immaturarum non raro leuat, ſed eo caſu præmitte proteſtationem, & præmiſſo pharmaco purga corpus.

Med. purg. ex reb. attrahentibus à capite, ſic Rec. Agarici troch. dra. iiii. ſennæ cum follic. vnc. i. flor. cord. p. i. decoq. in aqu. beto. diſſ. in ſuff colat. ſyr. roſ. roſ. vnc. ii. de nouem inf. roſ. rubr. vnc. ii. Diacath. Arna. vnc. ÷ m. fiat potus.

Vel in forma pillulari, Rec. pill. hieræ pill. arab. agar. troch ana dra. i. form. pill. num. 7. cum cathar. roſ.

Apoz. Rec. ſyr. de nouem inf. roſ. rubr.

vnc.

vnc.ii.& de quinque rof.perf.vnc.i. cum aq. beton.fiat potus.

Ad Peripneumoniam

IN materia craffa mittatur fanguis ratione febris & inflamm.internæ.

Syr.de cann.de viol.de fuc.cichor. & de granat.dulc.cum aqu cichor.facta præparatione propinetur.

Med.purgans, ex facch.violato,vel caffia cum aqu.hord.fufficienti.

Poffunt & exhiberi fuccus malorum punicorum,feu granatorum , & ptifana cum faccharo.

Ol.amygd dulc.butyr. rec non falfi exterius adhibendum.

Cataplafm. ex fari. fab. & hord. ana part. æquales, butyri recentis.ol amygd. dulc. & viol.ana vnc.i.ceræ modicum,fiat linim. in parte affecta.

Interius mãna diffol.ex aqu. hord. vel ore tantillum caffiæ recent.extr.per fet.quæ caff. diù retineatur eo , quod lambendo refrigerat maxime pulmones.

In Hifpania defigunt cucurb.& fcarif.in thorace,fed latius eft in dorfo: neque enim reptant inde tot arteriæ,quot in pectore: & tunc fi etiam eft opus, fecetur vena ex altero bracchio.

Sub materia frigida,& permifta ex Gal 2. ad

ad Glauc. cap 1. vena fecetur vberiori fanguinis modo ex altero brachio.

Syr.de hyffopo,de praffio, de glycyrrhiza cum aq.capill. vener.

Medicam.ex decocto Agar.troch.fol.fenę cum flor.cord.in aq.beton. in quo diff. fyr. D.Auguftini,vel fy.rof.folut.vel manna, vel caffia.

Loco lambitiui interius ol. amyg. dulc. recent.cum facch.vel forbillatim da. fy.de glycyrrhiza,fy.capill.vener.&c.

Si morbus diuturnior fit,R.fyr.de hyffopo, & praffio cum loch de pulm.vulpis,vel loch. fani,vel Diacod.vel aq.mulfam confectam ad bibendum ex aq. & melle cum modico hyffopi, vel aqua confecta ex iuiub. vuis paff.cum caricis,cum capill. vener. & glycyrrh.in potum.

Exterius vtaris ol.chamęm.& amyg.dulc. cum adipe anferino,vel butyro,vel pingued. vituli.

Fomenta fint hæc.Rec.maluæ,alth.parum fęnigr. fenæ, florum chamęm.caff. & capill. ven.a.p.ij.caric.ping.paff.fine nucleis,iuiub. febeft.hord.an.m. ÷hyffopi p.ij. bull.in hydrelęo ad confump.3.partis ex facto decocto fomenta fiant ad pectus ex fpongijs.

Non cedēte malo fonticulus in bracchio finiftro.

Quidam empyricus exhibuit cuidam ol. nitri,qui mortuus eft.

Ad Syncopen

SYncope præſenti frictiones toto corpore ſunt inculcandæ.

Symptomatico, per inanitionem ſuperiorum partium deliquio, ſuſcitato, ligaturæ pedum digitis aſperiores adſtringantur, frictiones verò fœmoribus,& tibijs agitentur.

Si defectus animi venerit à profuſione sãguinis ex vtero,vel è venis ſedis, frictiones brachijs acerrimę inducantur, & digiti manuum peruellantur.

Reſumptiua,vel reſtauratiua,quale eſt vinum odoratum, vt Gal.12. meth.4.& 6. nec non 1.ad Glauc.c.14.In frigida ſyncope merum vernacium,aut protropum lacryma dicta: & præſertim ſi vini genus hoc ſit adſtringens.

Vomitus commendatur.

Lypothymia, quæ ſæpe fit propter conſenſum ſtomachi,neruulo 6. paris cerebri remordentem humorem grauiter ferente: vomitione prompta reuocatur. qui vomitus excitatur,ſeu panno oleo tincto,ſeu digitis in olim miſſis,vel ſy.aceto.aqua diluto,tepidoq; poto. non autem licet valentioribus alijs intendi reiectatum,ne fiat attractio. Qua demũ expurgatione facta deuenies ad

Clyſterẽ,qui Rec.Caſ.vnc.i. Diacath.vnc. ol.amyg. dulc,& Rhodom. an vnc iii. m.

fiat

fiat enema. secus agetur res per suppositoria.
Ex ore vero assumptis erunt
Sy. è succo granatorum dulc. acerborum.
Confect. de hyac. cum sy. de pomis, & de succ. borag. ex vsu est; vel
Syr. de suc. cichor. cum pulu. margar. præpar. vel diamarg. frig. vel electuar. de gemmis sine speciebus, vel elect. regum, vel lapid. Bezahar. ex modico vino albo veteri odorato.
Illitus extra os ventriculi ex ol. rosac. amyg. dulc. & sim.
Clyst. sint quotidiani ex Cass. ol. viol. dissoluto in decocto maluæ, & althęæ, lactucæ, violarum, hordei in aqua pura.

Ad Asthma.

MAlum hoc, si per consensum est iecinoris, vel lienis, non aliam agnoscit, quã curationem istorum cõmunem. Si vero per essentiam hominem compræhẽderit iam diu senem, curatu difficile monet Hippoc.
Iuuenes vero sectione venæ dexteri cubiti leuabuntur.
Syrup. humores præpara de glycyrrhiza, de cannis. capill. ven. de zyziphis, de hyssopo, de stæchade, dilues aqua hordei, vel consimili. Calidis vtere, tum à prandio, tum à cœna.
Medic. purg. Rec. flor. cord. p. 1. sebest. vuar. pass. sine vinacijs, hordei sine corticib.

capill.ven.ana p.i, caricas ping. num.4. fol. senæ or. vnc.÷ Agar.troch.dr.i.fiat decoctũ in aq. capill. ven. & in colat. dissol. syr. de quinque insus.ros.persic.vnc.iiii.mãnæ elec. corp.aut sacchari violat.vnc.iii.Diaph.vnc. ÷ misce,& fiat potus.

In for.vero pillulari Rec.pill.de agar.pulu. hieræ.Gal.& Aggreg.ana dr.i.form.pill.cum cathart.ros.n.7.& inaurentur.

In forma vero boli.Rec. Cas.rec.extr. per setam vnc.i.diaphęn.vnc.÷ pulu. hieræ Gal. agar.troch.& pulu.glycyrrhizę ana dr.i.cum saccharo fiant boli.

Post hæc exhibe ius consummatum vulgo vocatum cum furfure paratum hoc modo.

In iure pulli,decoque.pug.i. furfuris in tela rara deligatum : elixatione completa fiat expressio, exhibe mane calidiusculum. loco iuris est mulsa.

Item offer oleum ex amyg. dulc. recens insperso modico saccharo cand.viol.& pulu. glycyrrhizæ,fiet ex his lambitiuum.

Aqua,potissimum hyberno tempore sic parabitur.Rec.Rad.glycyrrh. ruditer contusę vnc.÷ passul.sine granis,ziziphorum,hordei mundi,capill. ven.ana p.i. caricas ping. n.6. hyssopi p.i. bull. in lib. 12. aq. font. ad consumpt.6.partis aq.add. in fine mell.opt. vnc.i.facta decoctio secundum artem,& colata seruetur pro potu.

Lam-

Lambitiua calidiora.Rec.ſy.capill.ven.de hyſſopo,de glycyrrh. ana vnc. i. loch. ſani vnc.÷ m.

Pillul.bechic.in tabellis interdiu, & noctu delibentur ſic paratæ.

Rec.diacod.in tabellis,& loch ſani ſacch. granuloſi,ſeu candi quantum videbitur, diſſolue in aqua hordei, confice tabellas. ſecundum Artem.

Per mensẽ exhibeatur caſſia,ſi ſit æſtas, ſi vero ſit hyems,terebinthina, quæ eſt mirabilis vis ſic parata.

*R*ec.terebinthinæ decies lotæ ex aq. decoc.maluæ,hord.& glycyrrh. vnc.÷ m. ſub aurora quatuor poſt horas cibandus æger tranſuoret bolos in ouo, vèl in neuola dicta madefacta vino,vel ſi commodius videbitur in oleo amyg.dulc.calidiuſculo. Caute uero boli exhibeantur,ne inuiſcentur pili. quod ſi alioqui contingat inunge, ſing. bolos ol. amyg.dulc.uel puro communi.

Si non fuerint hæc ſatis, inſiſte decocto ſalſæ,uel ligni guaiacini cum floribus, & fruct.pect.ut in deſcriptione aquæ prædictæ.

Empl.capitale affigendum ex aſpero panno prius infricatę ſuturæ coronali,quatenus poris intimæ ſubſtantiæ rarefactis ſubeat facile medicamenti virtus, quemadmodum enucleauit Aetius. Inungendus uero thorax ung.pectorali Meſuæ.

Poſtremò excitetur fonticulus in brachio

ligno aloes ad dr.i. Santal.omnium dra.iiii. cum zaccharo sufficienti, fiat sy.longus: Cuius assumat vnc.iiii.in singulos vsus, æstate bis hebdomada, hyeme vero quotidie.

Ad Pleuritidem.

FOmenta partis affectæ ex anodyn. in coctis aq. font. expressis modice spongijs administra.

Embrochæ pariter, & inunctiones ex ol. amyg.dulc.

Sy.de cann.de suc.endiu. & gran.dulcium cum aq.capill.ven.& aq.borag.à mali exordio statim.

Venæ sectio ex opposita parte lateris dolentis, & rursus ex eodem latere de iecorar. bis si mali vis exigat, & constent vires.

Quarta die medic.quod Rec.flor.cord.p.i. zyziphor.sebest.capill.ven.passul.sine vinac. hord.mūd. an.p.i.fol.sen.orien vnc.∸ decoque in aq.hordei, vel capill. ven. & in colat. disso. zacch. viol. vel mannæ ele. Calabræ vnc.iii.Rhab.rigor.per spicam inf.in vnc.iii succ. ros. pers. triph. pers. dra. i. & non colati.m.

Febre persistente cum validiore inflammatione, abstine à Rhabarbaro, & sena, sed imponito temperatiora, præsertim cassiam rec.extra.per setam cū puluisculo glycyrrh. & zacch.granulosi è violarum syrupo, forma boli

boli deuoret mane bolos, & prandium remoretur quatuor ab assumptione horas.

Cruda apparente pleuritide deueniendum est ad Anodyna decocta in hydrelęo per spõgias, vel in vesica suilla calida applicanda particulæ dolenti.

Sy. lenientes sunto de glycyrrhiza, capill. ven. violat. præterea manna dissol. ex aq. hordei, vel decocto huiusmodi, quod

Rec. Caric. ping. pass. sine gran. zyziph. mũdorum ana p. i. hordei mun. p. ꝟ glycyrrh. ruditer contusæ dr. iii. capill. ven. p i. bulliant sec. art. in lib. vi. aquæ font. ad consumpt. tertiæ partis, & facta colat. seruetur pro lambitiuo mane, & vesperi, quod est maturatiuum.

Loch sanum, itẽ & Diacod. in tab. zacch. cand. & pill. bechicæ recen. singula diu sunt ore retinenda.

Vnctiones amyg. dulc. chamęm. axungiæ gallinæ, & butyri.

Decoctum hordei cum pauca glycyrrh.

Aqua mulsa cùm est materia reddita crassa. Item oxymeli simplex mox scylliticum, verum hoc hyeme.

Externè vero inunctiones ex adipe vitul. quæ desumitur ex cruribus vituli, vel vnguẽta Dialthææ, vel vng. pector. cum mucilaginib. Vel saponea, quæ Rec. amyli, & zacch. cand. cõtriti ana vnc. ꝟ ol. amyg. dulc recẽt. vnc. iiii. ad modum saponis deducto. vtitor

pau-

paulatim in horas, quod medicam. dicitur vulgo Alosa.

Potest & æger delingere casiam recenter è fistula extractam.

Non omitto pulueres anodynos demittẽdos in stomachum, ex aq. mulsa, vel vino. ex his est

Limatura dentis porcini, quæ iuuat verius in pleuritide notha. In quam etiam melius insperguntur cortices talorum suillorum assi, & cum cymino contriti parte prius inuncta ex ol. anethino.

Sed si materia non fuerit expurgata, sed ad suppurationem versa curatiuo huiusmodi cõmunis manet empyematis, de qua nos paulo post agemus.

Phthisis Curatio.

PRima die sy. præbito de zyziphis, de granat. dulc. de cann. & capill. ven. quia scopus est præcipuus ad facilitandum sputũ, & ne generetur putrida febris, in prõptu sit

Aqua pectoralis confecta ex zyziphis, carne passularum, & hordeo, seu mauis aqua mulsa ex Hippocratis ritu.

Quarto die pharmacum, quod Rec. flor. cord. p. 1. hord. mund. sebest. passul. sine granis capill. vener. & zyziph. ana p. i. fiat dec. in aq. hord & in colat. disso. sy. de v. inf. ros. pers. & mannæ corp. aut zacch. viol. ana vnc. iii. m.

In forma vero boli, Rec Caſſ.nou. extr.per ſetam vnc.ii. Agar. troch.dra iiii. vel dra.ii. cum ſacch.exquiſito: bolo v ante prandium horis vtitor.

Lac Aſininum hoc modo præparatum ordinatur. Aſella dies aliquot lactucis, hord.furfure, endiuia, boragine, cichor.nutricatur, ſic alita deducatur ante lectũ decumbẽtis. deinde præcalfactis vberibus educ lac, quod ebibat languens ad vnc.iiii.à quo iam aſſumpto quieſcat æger, & per 4 horas vigilet vſque prandium, poſt hæc augere, meminerit doſin ſingulis diebus vſq; ad vnc vi proſequuturus eandem menſuram 20 diebus.

Exinde vero totidem alteris 20.diebus lac caprinum eodem præſcripto repetat, ſi cęli temperies vere, & autumno conſentiat.

Cum ſenſerit æger acidum ore, vel ſtomacho saporẽ, loco zacchari immiſceto Rhodomeli zuccarinum, quo rurſus acedinem non moderante, tunc à lacte abſtineto, ſed eius loco fuerint

Sy.magiſtrales, qui Rec. Carnium teſtudin. lib.÷ cancros fluuiatiles.n.12.bull.in vi. lib. aq.font.ad conſump.mediet.adde in dec.endiu. borag. cichor. bugloſ. hord. mundi, & paſſ.ſine granis, capill ven. ſebeſt. ana p.÷ factæ fortiter expreſſioni adde ſacchari duplum: habebis.ſy.longum de quo ſumat vnc. iiii.ſingulis diebus mane binis hebdomadis, aut circiter languens.

Elect.

Elect. eiusdem intẽtionis est hoc, Rec. carnis testud. elixæ vnc.iiii. semin. portul. sem. maluæ, sem. lactucæ ana dr. i. pulu. glycyrrh. & lapid. hematitis ana drach.ii. sacch. albi dissoluti in aq. capill. vener. sufficienti. fiant tabellæ.

Aqua superest ex angue ceruono dicto, cuius carnes abscissa cauda, & capite destillentur in vitro, quod dicitur vulgo retorta, cum simplicibus pectoralibus, quorum ante meminimus, quibus & volens adijcere possis carnes testudinis, aut cancrorum fluuialium.

Vsus mannæ, & cassiæ.

Cauterium in bracchio sinistro.

Ad Empyema:

SI febris adest, curetur vti pleuritis. Si sine febre, decoctum ligni sancti, sed corpore prius expurgato per catharticum, quod ante descripsimus in phthisi.

Sanguinis emissio ex vena interna dextri cubiti.

Decoctum autem ligni guaiacini est hoc, quod Rec. ligni sancti vnc.iii. corticum eiusdem, fol. sen. orie. ana vnc.i. capill. ven. hord. mundi, sebest. pulpæ passular. zyziph. ana p.i.½ florum cord. stechad. sampuchi, betonicæ ana p.i. infus. per 24. hor. in lib.vi. aq. font. decoque ad consumpt. duarum part. aq.

facta colatura seruetur pro potu; cuius dos. sit lib. ÷.

Pro potu, Rec. eiusdem ligni sancti vnc. i. infunde in aqua lib. 15. aq. font. decoq. eodē modo, & ratione secundum artem ad consumptionē tertiæ part. aquæ: adde in fine glycyrrhizæ ruditer contusæ, & semin: cori. præpar. ana vnc. i. cinnam. elect. dr. vi. facta colatura seruetur pro potu, quo vtitor dieb. 40. cū diæta ex rebus stypticis, qualis est caro assa, amylus parum torref. pulmentū cū saccharo confectum.

Si sit empyema per destillationem, cauterium occurret dextero bracchio excauatū.

Quo ipso tempore terebinth. decies lota ex aqua hyssopi singulari est vsui detersionis.

Ad Tussim.

PRimo videndum est, quæ sit causa tussis .i. num hæc sit ex destillatione, vel num sit intra thoracem ipsum, & num sit per cōsensum, aut per essentiam.

Si ex destillatione sectio venæ mediæ dextri cubiti interni. interim

Syr. esto de infus. ros. cichor. borag. ana vnc. ÷ aq. lupul. vnc. iii. m.

Medic. Rec. Agar. troch. dra. i. fol. senæ vnc. i. flor. cord. p. i. fiat dec. in aq. betonicæ in colat. disso. sacch. viol. vnc. iii. m.

Vel in forma pill. Rec. pill. cocc. & agar.

troch.

troch.ana dr.i.form.pill.7.cum cathar.ros.

Cauterium bracch.dextero,vel sinistro.

Syr.reprimentes destillationem à capite sunt de infus.ros.de papau. de cichorio cum pulu.corallior.præpar.& apparéte coctione

Emplast imponito capiti cephalicum.

Interpellatis vicibus Cass. bolus cũ pulu. glycyrrh.& cinnamomi.

Decoctum lig.sancti.

Sudationes Trituli,quæ sunt ad myrteta Puteolorum.

Tussis vbi est per essentiam in thorace,remedia profuerint, quæ & empyemati sunt communia.

Si tussis antiqua sit, exhibe languenti flor. sulphuris tenuissime triti in ouo sorbili mane per 10 dies drach ii.

Ad Sputum sanguinis.

QVando phthoe per tussim est vitio thoracis,sectio statim internæ venæ dexteri cubiti celebranda crebra, & pauca sanguinis portione,idest ad vnc.i reprimendo per interualla cursum sang.idest identidem aperiendo, & occludendo.

Syr.myrtinus,de portul.de ros.siccis ana vnc.i pulu.boli arm.orient. corall. rubr. & terræ sigill.ana dr.i.fiat lambitiuum.

Syr.præparâtes curationem sunto de cydonijs,de myrthi,baccis,herbæ acetosæ, de

por;

portul.cum aq.plantag.& portul.

Per æstatem de succ. plantag. & portul; quam portulacam mandi licet eodem vsu paulatim.

In maxima vero sanguinis euacuatione contineat æger aquam potissimum cisternæ frigidam ore.

In potu vero quotidie cysternalem aquã ferramentis candentibus sæpe numero medicatam.

Altera etiamnũ & tertia sanguinis emissio ex altero bracchio, si sanguis non compescatur.

Cibi perpetuo sint incrassantes, vt pedum vituli, & veruecis, & oriza.

Si sanguis cesset quidem, sed non omni ex parte, subdito

Medic. quod Rec. flor. cord. p. i. fiat dec. in aq. plantag. & in suff. colat. disso. Rhab. opt. spica vigor. dr. iiii. infusi in dr. iii. aq. de 5. inf. ros. rubr. aut in succo ros. rubr. & non colati, misce fiat potus.

Abstinendũ est hic à thamarindis, vtpote quæ pectori nocent, & supersedendum est herbæ acetosæ, vt quæ excitat tussim.

Sub noctem saccharum cum bolo armenica tenuissime trita præ manibus esto.

Quod est capitis vitio sputum cruentum Fonticulo in vtrolibet bracchio potissimum auertitur.

Elect. Rec. sacch. rosati vetusti vnc. iii.

sem.

ſem. lactucæ portul. bol.arm. orient. corall. rubr.ana dr.÷ lapid.hæmat.dr.i. zacch.albi diſſoluti in aqua plantag. quota ſatis ſit,m. parentur ex his electuaria ſec. Art.

Quæ interdiu demittet æger cum aq.chalibeata,vel aq.plantaginis.

Præter autem adſtringentia reprimunt, & incraſſantia,qualia ſunt iuſcula decoctorum extremè pedum vituli, vel veruecis cum farrib.torrefactis,quod genus hauriat, mane quatuor ante cibum horis.

Inunctiones ex ol.myrt.cydon.& viol.tota teſtudine pectoris.

Si periculum impendeat phthiſis,vel empyematis curationem præueni, quam iam nos ad auertendum affectum vtrumque congeſſimus.

Si ſymptomatica vero ſanguinis fluxio ſit è naribus,prima occurrit venæ ſectio. Mox aliqua reprimentia, tum in fronte, tum in gula,qualis eſt aq.plantag.

Rec.aq.plantag. & nymphęæ ana lib.÷ aq.roſ.rubr.lib.— ol.roſ.omph.vnc.iii pulu. boli arm.orient. & terræ ſigill ana drach.ii. miſce.

Aliquando miſcebis aquæ ciſternæ cum aceto prolue nares, quam & æger ore contineat,& manibus frigidam affundat.

Ad hæc cum pulu. boli arm. orient. terræ ſigill. ana drach ii. cumq; pilis leporinis minutim conciſis albumenoui conquaſſatum

ad-

admodum collyrij compone,mox huius aliquam partem, quæ medium amygdali nucleum æquet in narem hęmorrhagia madentem inde,ac detine digito pressius adstrictum,vt acquiescat tandem fluxus, quem & suppressum vidimus insufflato arido fimo rudibilis iumenti.

Cucurbitulæ hypochondrijs defixę sic: vt si sanguis ægrotanti erumpat è nare dextra, cucurbitula applicetur hypochondrio dextero, si vero contra accommodetur sinistro.

Ligaturæ pedibus,& cruribus adstringantur,à brachijs verò satius est abstineri,nè cõfertim adrepentis humoris fiat attractio.

Sanguinis emissio,si vis extrema coegerit, ad quartam vsque vicem repetitor.

Ad vomitum, & nauseam.

FOmenta stomachi ex absynthio, mentha,& vino odorato,vel per panē assum irroratū aspergine meri generosi crassioris, & cinnam.mastich.caryophyll.curiosè contritis.

Clysteres subtractiui ex hiera picra. Diaphęn.electuar. de succo rosar. aut benedictæ cum oleo chamęmel. & melle despum. & dissol in decoctione diuretica, vel in decoctione ex anodynis.

Medic.purg. Rec. pillul.mastich. pill.aggreg.& pulu.hieræ ana drac.i. form. pill. 7.

cum cathar. rof.fed forma boli, Rec.Tragacanthæ vnc.÷ pulu hieræ Galeni dr.iiii.cum facch.fiant boli.

Sacculi ftomachici madefacti in vernacio vino calido fępe appliciti ftomacho.

Emplaftum Io.de Proch.vel vtriufq; galliæ per aliquot dies detinendum exteriore, ac pofteriore parte ventriculi.

Balneum de fubueni homini fpongijs adhibitum calide.

Si balneum obfuerit ægrotãti intemperiei calidæ iecinoris ergò, commuta cum Succellario.

Materia biliofa committẽte naufeabundũ affectum, protinus ex aqua tepida, & fyr.acetofo, vel aceto ipfo, vomitum arte monftratum ne dubites inculcare.

Syr. oxyfacch. de granat. medij faporis, quales recte vocaueris acerbidulces, muzos Arabiftæ dixere.

Clyfteres ex caffia Diacathol. rhodom. & melle viol. & ol.amyg.dulc.& ol.viol. cum decoctione communi.

Medic.purgans, Rec.pulp. caff. rec.extr. vnc.i.rhabar.opt.vigor.parum nutriti fucco rof.rubr.dra.ii. fpecierum hieræ Gale. dra.i. cum facch.fuff.conflentur boli.

Illitus externi vẽtriculi, Rec.pulu.vtriufq; menthæ, rof.rubr.& myrti ana dr.ii.maftich. corall.rubr.ana dra.i.cinnam.elect. dr.ii.caryoph.dra.i. ol.maftich.& cydon. ana dra.ii.

cerae

ceræ, pusillum confice linimentum.

Sy.congruunt de succo ribes, de agresta, de sorbis, miua cydoniorum, sy.herbæ acetosæ, vel de portul. vel myrtinus.

Post cibum vtimur diacydonite.

Ex his est emplast.omne stomachicum ex oleo nardino extensum in aluta descriptis superioris ventriculi terminis.

Quod si vere vomitus est, qui vexet hominem, symptomaticus, cucurbita maiuscula defixa parti, quæ respõdet ori ventriculi, certam promittit opem.

Ad Cardialgiam.

PRæsente cardialgia, vomitus consulto prouocatur ex his adiumentis, quæ modo recensuimus.

Si vitio fiat humoris, syr.dictus oxyzacch. aut syr.granat.muzorum, aut terra sigill. & bolus armenia orient. cum syr. de acido citrii, sementella, vel corall.ad dra.i. vel pulu. sem.citrii, vel theriacæ dr.i.

Particulam vero ventriculi superiorem fomento roborabis absynthij.& mentæ, quæ teporem adsciuerint ex percalfacta igne tegula.

Clyst.ex lacte caprino, vel asinino, & succo salicis cum sacch.& semine canapis, siquidem inde lumbrici sępe mali effectores parte relicta ventris altiore, ad intestini prin-

cipium allecti dulciario se recipiunt.

Proficiunt & semina portul.beton. brassicæ ad dr.i.cum aq.acetosæ,vel portul.

Illitus amarorum vnguinum ventriculi parte tum superiore,tum etiam in fundo. Sic oleum de thure destillatum lumbricos vnice rumpit. Adhuc aliud est præstabile commentum:

Aurãtio pomo primum excauato immittatur fellis taurini rutæ, aloes, & theriacæ veteris ana dr.i.allii nucleum mundum vnum, croci dra.÷ m.cum acido aurantij,quod calidis assetur fauillis. Qua elixatione peracta, ventriculi, tum os supernum,tum fundum inunge. Vbi vero copia nõ sit aurantiorũ, ea simplicia bull.in oleo communi.

Clysteres mitigantes bilis acrimoniam,& furorem,non effugient cassiam,ol.violatum, mel violatũ,diacath.& decoctionẽ cõmunẽ.

Contra vero si materia sit crassa,Clysteres ex vsu sunt incisiui,& detersiui.

Sy.de cortic.citrij oxym.simp.oxym.scillit.cum iulep.de cinnam. vel cum aqua stillaticia de cinnam.dupla portione,nam vtrũlibet os ventriculi restaurat.

Vel syr.de menta,vel conf.de cinnam. cõfect.de Hyacinth.vel de Alcherm.ad dr.i. ex vino flauo bono.

Clyst. Rec.hieræ picræ Diaphęn. aut Benedi. aut elect. de suc. ros. ana vnc.÷ Agar. troch. tenuissime triti dra.i. specierum hie-

ræ Gale.dra.ii.mellis despum. ol.chāmęmeli ana vnc.iii.cum decoctione diuretica.

Cardialgiam cauens futuram ex præsenti non discussa materia de ventriculo, supersede venæ sectioni, sed præpara primum humores syr. ante descriptis, mox eijce medicamento non vehementi, ne attrahatur ad ventric.acris materia, dandumque rhabar. correctum suc.rosf.perf.cum aliqua portione mannæ. si vacet febris, licet non vacet materia crassa,& viscosa,decoctio sit Agar.cum flor.cord.& sena orient. in colat. dissol. syr. solut. August.Niphi, ac deacath.Arnaldi,vel sim. forma vero boli

Rec. Diacath. Arnal. dra.vii. pulu. hieræ Gale.& Agar.troch.ana dr.i.Diaprun. vn.÷j cum sacch.fiant boli.

Sacculi,Rec.absynth.vtr.mēthæ rosf.rubr. cort.citrij ana p.i.ligni aloes, dictamni albi mastich.& cinnam.ana dra.iiii. caryophyll. dra ii.ex omnibus crasso modo contritis parentur sacculi iii.quorū duo madefaciēdi sint in vino vernacio, vel succo cydon. vicibus alternis.i.vt nūc unus,nunc alter seruiat pro madefactione,& fomēto illo vini,vel suc.cydon.Tertius imponetur stomacho languenti siccus.

Si non facient hæc satis,Emplasta supple, quæ consientur ex Empl. Ioannis de Proch. & emplast. vtriusque galliæ ana vnc.÷ distendantur in aluta. vtimur his empla-

ſtis vicibus interpellatis.

Inſuper pill.maſtich.ad dra.i. vtere ante cęnam.

Si flatuoſa ſit cardialgia, vinum conducit, ſin minus haud benefacturum puta.

Inſequitur hanc affectionem ſudor diaphoreticus vt plurimum, qui cum ſit à viriũ iactura magna, cohibendus eſt illitu crebro totius ſpinæ dorſi ex ol.myrtino, vel roſato omphac. vel ol.de ſemin. cucurbitæ recenter expreſſo. Singulare vero eſt corpus hinc, & inde indeſinentibus ventilare flagellis, vt pori conſtipentur.

Quibus artibus vbi non cedat inſolentia morbi, ſunt infricandæ partes vndecunque ex vino odorato, in quo debullitæ ſint roſæ incompl. frondes, & cortic.citrij cinnam. & caryophy.ex quo decocto, vel irrigentur omnes ad vnguem extimæ partes, vel opulentus æger demittatur in labrum, quod receperit medicatum hoc late merum, quippe mirabiliter iuuabit calore ſuo.

Exhibeto quoq; roſatam nouellam ore demittendam ad dra.ii. ex vino odorato, vel iure pulli cannella tincto.

Ad Singultum.

SIngultus ex inanitione diſcutietur rebus, & nutrientibus, & adſtringentibus, in quibus eſt ol. amyg. dulc. cum ſacch. quod pau-

paulatim combibatur recens expressum: sic etiam manna dissol.in aq.hord.

Confect.de hyacintho.

Sunt è cibis oua sorbilia,testes gallorum, hepata gallinarũ. Itẽ pistũ pullæ, vinum generosum.

Singultus ex repletione, & offartu multæ materiæ pituitosæ profugabitur vomitorio,ex aq.tepida,& syr. acetos. vel oxymel. scyllit. aut simpl. ad vnc.i.

Mane decoctum agar. ex aqua tepida ad hunc modum.

Rec. agar. troch. drach.i. bull. in aqua pura.adde oxym.simpl.vnc.ii.paretur vomitorium,quod est mirabile ad materiam illam crassam expellendam.

Syr.consequentes de mentha,de stęch. & syr.de cinnam.

Sacch. quoq; ex flore marino alias anthos dicto.

Confectio quoq; Hyacinth. & Alcherm. vel de cinnam.

Medic.aliquãto validiusculũ, R.Diacath. Atn. dra.vii. Agar. troch. specierum hieræ Gale. ana dra.i. Diaphę. vnc.÷ cum sacch. fiant boli.

In potu vero sic, Rec. Agar. troch.dra.i. fol. sen. orient. vnc.÷ fiat decoct. in aq.beton.& in col.diss.sy.Niphi.& rosati solut.ana vnc.iii.Diaphę. vnc.÷ m.

Inunctiones ventris ex ol.destil.ex absynt.

oleo de ſpica, vel maſtich. vel ex caryophyllis. tandem.

Emplaſtũ vtriuſq; galliæ, & Io. de Prochyta, ſeu compoſita, ſeu ſeorſim adminiſtrata.

Si ex materia acri imbibita tunicis ventriculi præſto ſit

Vomitorium, quod ſupra poſui.

Paulatim reſorbeantur ſyr malorum granatorum, iulepum viol. vel roſatum diſſoluta in aq. meliſſæ.

Pharmacum purgans, Rec. Tormentil. dr. ii. flor. cord. p. i. thamarindor. & fol. ſen. orien. ana vnc. ÷ fiat decoct. in aq. ſcorſon. in ſuffici colatura diſſo. mannæ ele. corpor. vel ſacchar. viol. vnc. iii. triph. perſ. Rhab. vigor. dr. i. ÷ infuſi in vnc. iii. ſuc. roſ. perſ. & non colati m. pro potu.

Succi granatorum malorum, vel ſuc. citrij, vel ſuc. limonis, vel ſyr. de acido citri, vel cũ vino albo bono paratis ſuccis admiſce, trita hæc, quæ ſubſequuntur.

R. pulu. boli armen. orient. marga. præp. & ſeminum citrij ana dr. i. m.

Sic & lapis Bezahar ad gr. v. vel vii.

Extrinſecus vero fotus ex abſynt. & mentha, vel alias ſacculi leuiores, qui Rec. vtriuſque menthæ roſ. incompl. cort. citrij, & abſynt. ana p. ii. ſantal. omnium, & corall. rubr. ana dra. i. contere groſſo modo, vnde fiant 2. ſacculi ſolenni forma pro ſtomacho, qui ſacculi madefiant in aq. roſ. rubr. vel ſucco

cy-

cydon.& calidi applicentur.

Inunctiones ex ol.amyg.dulc.ol.nuc. moschatæ,adipe gallinæ.

Cataplasma,R.Carnis cydon.lib.÷ bull.in suff.quantitate succi cydon.& aq.rof.rubr.f. ad modum vnguenti,extend in tela rara, desuper pone pulуerum santal.omnium, & corall.rubr.ana dra.i.fiat cataplasma, quod applicetur circa ventriculum.

Cum vero sit ex Apopl. epilep.vel percussione capitis,curabuntur hi singuli , quemacmodum fieri consueuit in illis.

Ad Cittam, & Picam.

AFfectus hi fiunt vtero gerentibus,quibus exhibenda sunt omnia, quæ mouerint appetentiam.nam secus hæ perderent fętum. Quod si tetrum aliquod suspiceris stomacho præsens,de hoc exonerando cura prima esto. quod facies aqua tepida,& aceto, si validis sit renibus prægnans:nam si lumbis,ideſt horum musculis sit malæ firmis, aqua suffecerit calidiuscula

Syr. incidentes æstate sunt oxyzacch. syr. de gran.ex acerbo dulcib. hyeme vero sunt oxymeli,& rhodomeli simplex,& rhodomeli cum zaccharo temperatum.

Conseruæ de cortic.citrij, & de toto citrio.digniores vero & peregrinæ myrobolani sunt cuiusq; generis conditæ,

Fomenta ex decoctione foliorum, & corticum citrij cinnam. caryoph.

Vtriusq; menthæ, & consimil. ex vino per spong. vtere.

Fotus, & illitus ex ol. nucis, verbi causa, moschatæ, & lentisc. & absynth. non tantum ad ventriculum, sed & ad vteri latitudinem.

Carnes offer bene saginatorum animantium, vt succulentię remedio sint adęquandæ melancholicæ siccitatis, & intemperantiæ. Vinum ergo sit dulce, qui medius est saporum. & cum opus est aceto ad refouendum stomachum, & appetitum, illud sit ex incocta multa vua passa modificatum.

Clysteres acres, vt superflua, & aliena trahant ad partes inferiores.

Syr. refrigerantes oxyzacch. simpl. de acido citrij, violarum cum aqu. beton. vel melissæ.

Medic. purg. ex cass. pulu. hieræ Gal. diacath. si materia subsit calida biliosa m. rhabar; si frigida sit agar. tam in potu, quam in bolo. At suc. ros. pers. m. corroborantibus, quæ supra sunt annotata.

Oris torturæ remedia.

AVxilia secundum Galenum adhibenda sunt particulæ resolutæ, non autem membro conuulso, non quia musculi retra-

han-

hantur semper ad illud principium, à quo sunt.

Experientia quoque comprobatum auxilium in parte conuulsa augere conuulsionē.

Ad resolutam igitur sacculi ex quatuor anod.

Inūctiones vero ex ol.amy.dul.& chamęm.

Si causa sit multus sang. tunc emittatur ex eiusdem lateris,quæ per rectitudinem est, vena comm. quod latus si forte fortuna sit infirmum,& oblæsum, interdum ex opposito licebit.

Syr.de beton.de suc.borag.de inf.ros. cum aq.beton.vel melissæ.

Medic.purg.ex pill.arabic.cocc.& pill. sine quibus,& ex agar.troch.cum sy.de stæch. form.pill.7.

In for.potab.Rec.flor.cord. p.i. agar. troch dra.i. foliorum sen.orient.vnc.– fiat decoct.in aq.beton.& in col.diss.syr.D.August. & ros.solut.ana vnc.iii. & de 9.inf.ros.rubr. vnc.iiii misce.

Vnctiones ad partem affectam ex ol. de lumbr.ol.nardini,ol.de spica.

Confect.Diambræ, & syr.de stæch. & de inf.ros.rubr.incompl.m. proportionali dosi. Propositis quoque syr. admisce frustulum ossis cranij humani, vel pulli equini, quod pyramidis figura sub verticis est futura.

Sinapismi. Rec. semen sinapis contusum cum melle sufficienti m.

Vn-

Vnctiones valentiores ex ol.rof.lumbricato,ol.vulp.ol.de hyperic.vel de fpica,vel de chryfomelis ana vnc.i.m.

Vng.fuccedit de althæa cum aq.vitæ.

Emplaft.capitale,quod fupra defcripfi.

Frictiones afperiores.

Cucurbitulæ in dorfo,& reliquo corpore, in principio quidem fine fcarific.

Si pertinacior perftet morbus; maxime fi inueteratus,decoctũ adhibe farzę,& ligni guaiacam.quod vfitandum eft per 20. dies cum optima victus ratione. nec non Aqua fit ex ijfdẽ fimplicibus peregrinis, & femine anyfi parando.

Naturalia remedia fudatorium trituli, fulphataria,fudationes Aniani.

Ad Lumbricos.

SVmenda per os femen fanctum ad dra.i. cum fy.de acido citrii, vel femen citrij, vel fem.braff.vel femen portul.vel pulu. boli arm orient vel terræ figillatæ,vel corall rub. ad dr.i.quæ omnia poffunt imponi fyr.de acido citrii,aut cũ vino albo,uel aqua agrimoniæ hauri. Quod fi complicitus fit alui fluor tenerioribus in

Salfamenti forma, Rec. Vtr.menthæ abfynth.rofar.rubr.farinæ lupin.ana p.i. Aloes dictamni albi,fellis tauri,ana dr.i. cinnam. & maftich.ana dra.ii.micam panis parum tor-

re-

refactā m.& fiat salsamen.ex aceto fortissimo, extendatut in tela,pone in parte tam antica, quam postica ventriculi,hoc est tum in ensi formi , tum in respondente spinali medula,& vtrobiq; detine medicamen per vnam horam,& repete per 3.aut 4.vices, vel

Rec.pomum aurantium, excaua summitatem,in cauum impone aloes, theriac. opt. dictam.albi suc.rutæ ana dra.i. alij nucleum: supponantur calidis fauillis,assata omnia misce cum succo citrij, quo liniantur tum cor, tum os, fundusque stomachi, tertio carpus vterq; bracchiorum,& deniq; omnia corporis extrema.

Defectu mali aurei bulliantur in ol. communi illa omnia.

In alui fluore Salsamentum alio modo, Rec.cydon.decoct. in suc.endiu. vel in vino vernacio an par.æqual.anterius,& posterius apponantur oris ventriculi.

Vnguentum, quod est valentissimum ad expulsionem lumbricorum. Rec.pulu. mastich.pulu.vtr.mēthæ,absynt.& ros.immaturarum ana dra.i.cinnam.dictam. albi corall. rubr. aloes ana dra.ii. cariophyll. dra.i. ol. absynt.mastich.ana dr.i.ceræ portiunculam, fiat ceratum molle.

Oleum dictum de S.Seuerino Neap.oleum est de mentha magistrale.

Oleum de thure destillatum est certe singulare.

Nos

Nos quoque damus ore assumendum momentum sulphuris cum succo rutæ, tempore potissimum hyberno, quod est exploratum.

Vinum de absynth.mistum cum succo limonum, cumq; succo sonchi.

Item vtuntur succo menthæ cum succo limon.

Clyst.ex lacte cum suc. frond. arboris persicæ, sem.canapis addito. cremor misceatur cum lacte caprino, aut asinino, cum sacch. fiat enęma. potest quoque conflari cum iure pulli, cumq; sacch.& melle despum. vel cum rhodomelle.

His non iuuantibus confectio fit ex rhab. & suc.citrij, vel sy.de acido citri.

In adultis præparandi sunt humores, sy.de mentha, vel oxym.simpl. vel scyllit. vel decoct.citrij, vel de portul.ac temperandũ aliquid de aceto cum aq.gramin.vel portulacę.

Med.purg. Rec.dictam. albi, & torment. ana dra.ii. flor.cord.p.i.fol.sen.orient. vnc.÷ fiat deco.in aq.gramin.& in colat.diss. sy.D. Augustini vnc. iii. Diaphęn. vnc ÷ triph. persicæ, & rhab.vigorati ana dra.ii.infusi in vnc.iii.suc.rof.pers.non colati m.

Vsus theriacæ mane assumptæ ad dr.i.cum conf.de Hyacin.vel lapid. Bezahar. vel Mithrid.aut boli arm.vel terræ sigill.cum suc. limonij.

Vnctiones ex prius dictis vnguentis,& salsamentis.

In

In Ascaridum casu, Clyst. supradicti: nam illi generantur in intestinis crassioribus.

Vinum absynt. interpellatis vicibus mane exhibitum.

Vsus rhab. ad dra. i. per 8. dies, vel Rec. semin. citrij, portul. acetos. brassic. corall. sem. sampsuchi dictam. albi, ligni aloes, rhabar. vigorati ana dr. i. contrita misce.

De hocce puluisculo dr. i. sępiusculè sumat æger ex vino gratum halante, vel ex succo citrii. vel limonii, vel ex aq. melissæ, vel graminis, vel acetosæ.

Ad Cœliacam, Diarrhœam, & Lyenteriam.

SI cruditas præsens non est ventriculo, sed humor acris, & calidus est in causa; sanguinis emissio ex vena interna dextri cubiti.

Sy. præp. Rec. syr. de ribe, & miua cydon. sy. de acetos. de portul. ana vnc. ÷ aq. acetos. & port. ana dr. i. ÷

Compressiuum, quod dicitur, medic. Rec. myrobal. citrin. cheb. & ind. ana dra. ii. torment. dra i. thamar. vnc. ÷ in aq. acetosæ decoq. & in col. diss. sacch. viol. aut mannæ de corp. unc. iii. triph. persicę, & rhabar. opt. sine spica ana dra. i. ÷ infusi in unc. iii. aq. de nouem infus. ros. rubr. & non colati m. fiat potus.

Fométa ad uétric. ex absynthio percalfacto, dũ irroratur halituosum rubrũ vinũ quod fieri

ri licet ab initio ſtatim ante medicam. purg. & à fomento refouendus eſt uentriculus ex oleo maſtich.& ol.cydon.ante prandium, & cęnam:quo vtroq; tempore ſorbeat ſyr. de ribis,& miuæ cydon.

In piſtum pectuſculum aſſatæ pullæ coquus aquam infundat myrti, vel aq.roſ.rubr. uel acetoſæ, uel ſucci omphacij, & ſummo mane præbibat ſorpſicum,qui ſuccus eſt expreſſus ex aſſa pulla.

Fomenta vero,& ſacculi aromatici ſunt aſſidue inculcandi uentriculo ſuperiori tum antico ſitu, tum reſpondente poſtico.

Similique ratione ſunt inculcanda ſtomacho,& inteſtinis roborantia, quæ propoſuimus in uomitus curatione, in qua inueneris, & emplaſta morbis hiſce communia.

Potus eſto uini rubri adſtringẽtis, & aquæ chalibeatæ, vel ciſternæ cum myrobalanis incoctis.

Clyſt.quotidianus ex oleo roſ.omphacite, & olei cydon. ana unc. iii. adipis ueruecini unc.ii.uitellos ouorum duos.

Confect.Micletæ dra.iii cum iure pulli fiat enema,uel R.

Decoct.in iure pulli, Rec. balauſt. malic. myrti, baccar. roſ. rubr. plantag. & acetoſ. ana p.ii.poma cupreſſi parum contuſa n.iii. bull.in iure gallinæ ſufficiente:colat. utimur pro clyſtere,cuius decocto commiſceas,licet & lac chalibeatum, ſiue aſininum, ſiue ca-

prinum, necnon succum plantag aut centinodiæ, quæ famigerata est fluores alui sopire.

Syr.ante cibum myrtinus, de sorbis immaturis cum pulu boli arm orient. aut terræ sigill.aut corall.rubr.vel si impendio vis adstringere cum trochiscis de carabe, vel de spodio ana dr.i.

Philonium quoque Romanum, aut Persicum dra.i.dissol.in aq.plantag. op j solius ergò pro mirabili stypterio habetur

His omnibus si non se summittit malum præmisso compressiuo, quod Rec.rhab. torref.nutriti in succ.ros.rubr.vel cydon.decurras ad

Decoctum rad.chinæ,vel in syr. quidem paratum,vel in simplicem aquæ potionem.

Ad Famem caninam.

VOmitus æstate prouoca per oxyzacch. hyeme vero aq.tepida.

Syr.præp. de cortic. citrij,oxym. & rhodom. ex sacch.cum aq betonicæ,vel aq.melissæ.

Medic.pillul. Rec.pill.aggreg.mastich. cũ pulu. hieræ Gal. ex 7. rebus, vel cum agar. fiant catapocia ex cathart. rosato, vel alias esto

Bolus,quæ R. tragac.& Diaph,cum ijsdem pulu.hieræ Galeni.

Potus vero fiat cum dec.ſen.orien. & agar. miſce in colat.ſyr.roſ.ſolut.& Auguſtini, & Diaphęn.notis portionibus.

Cibaria, pinguia, & oleoſa, quò ferinæ fiat appetentiæ modus.

Hippocrati famem vini potio ſoluit,quod vinum Gal.interpretatur dulce.

Pill.maſtich. & de aloe, quæ interpellatis vicibus exhibeantur pauca doſi ante cęnam.

Hyeme mane oxymeli ſcyllit. æſtate ſimplex,vel ſyr.de oxyzacch. vel ſyr. de cortic. citrij, quum ſcilicet concoctio non fit ventriculo, vel iulep. de cinnamomo, vel ſyr. myrtinus.

Myrobalani conditæ præcipuè chebulæ, & emblicæ vorandæ cum hauſtu vini meri.

Concoquentia ex ol.de abſynth.deſtill.vel de ſpica,vel nardino cum pauco Balſ. vel ol. nucis moſchatæ.

Emplaſtum Io.de Prochyta, vel vtriuſque galliæ.

Enemata vero talia ſunto, Rec. Diaph.& Bened.ana dra.÷ cum decoct.comm.

Interdum adde Agar. tenuiter pulucrati dra.i.

Tabellæ ex aromatico roſ.cum vino odorato.

Extero vero corporis habitu balneum ſuccellarij ſpongijs ad ventriculum applicandi.

Decoct.ligni ſancti, quod corroborat ſic ce-

cerebrum, vt ventriculum.

Ex remedijs reliquis naturalibus ſudatorium S.Germani, quod eſt in Crypta Aniani corroborans æquè,ac euacuans.

Ad Dolorem colicum, & iliacum.

SI materia doloris fuerit flatus infundatur continuo

Clyſter.ex oleo chamęm. vel rutaceo,vel ipſo rutæ ſucco;ſi vero fuerit ex cauſa ſicca, paretur ex ol.puro,& butyro, fiantque alia pleraque præſcripta in curatione melancholiæ;ex præſentis vero pituitæ cauſa paretur materia clyſteris ex Benedicta, & Diaphęn. ol chamęm.melle deſpumato, & pauco oleo anethino cum decoct.diuretica, vel 4.anodyn. infundatur autem hic idem mane, & veſperi.

Ex decocto 4. anodynorum in hydrelęo receptorum expreſſas duplices alterne ſpongias, vel plenas eodem ipſo decocto veſicas vaccinas applicito parti dolenti.

Clyſter ex capite veruecis exempto cerebro,& contritis vndique oſſibus, decoctiſq; carnibus ex aqua,donec vtraque ſint reſoluta,additis in fine decoctionis ſemin.fęniculi, flor. chamęm,fol.betæ,& parietar.ana p.i.ſemin.ayſ.dra.i.caricis pinguib.nu.12.fol. ſenæ orient vnc.÷ factam ſortem materiæ totius expreſſionem infunde per oricularium clyſte-

ſterem mane,& veſperi.

Syr.calefacientes,diſcutientes, & omninò præparantes materiam in ventriculo ſunt ſy. de cortic.citrij, rhodomeli ſaccharinum, & iulep.de cinnam.cum aqua fęnic.aut meliſſę ſtatim à prima die:deindè ſi nihil emoueatur dolor,feſtina ad

Medicamentum purgans inter calefaciēs, & refrigerans medium,quod

Rec. Caſſiæ iantum extr. vnc.ii. Diaphęn. vnc.÷ pulu.hieræ,& cinnam ana dra.*i*.

Adhuc vero vi compellente doloris poculum offer olei amygd.dulc. cum ſaccharo, & adhibe

Fomenta ex hydrelęo,quod receperit chamęm.meliloti fęnigr.apij,fęnic.betæ, pariet. q.ſ. In quod etiā vberrimum decoctum fieri poteſt inſeſſus,itemque deſcenſus ad

Balneum ex hydrelęo abſolutum. ex interioribus vero remedijs primum eſt

Ius Galli ſic parati. Gallum veterem, & vegetum diu fuſtigatum,& flagellatione longa enectum,deplumatum, & exenteratum, & truncum imple ſimplicibus ante paratis, quæ ſunt.ſemin.crithami,ſeu chartami dr.ii. polypod. hermodact. & Turbit ana dra.i. flor.ſenę orient.vnc.÷ anyſ.cumyn.ana dr.i. coniiciantur in ollam plenam aqua: debullitis ad conſumptionem carnibus,& facta forti expreſſione potus offeratur tepens ad lib.÷ reliquijs vtere pro clyſteribus.

Cu-

Cucurbita magna parti dolenti conglutinata Galeno,& plerisq; omnibus habetur pro Incantamento.

Secundo laudat Galenus philonium persicum, vel Romanum,quæ possunt plus semel, & multoties vsitari quoquo pacto in stomachum demissa.

In dolore Iliaco ijdem, non alii snnt clysteres,aut auxilia, & ab his statim administratis propere propinandum est ad

Medicam.purgans.quod si febris adiuncta sit,elidatur vena interna dextri cubiti, signo non vano inflammationis iliacæ.

Si fędi vomitus eruperint,in promptu sunto syr.mitigantes materiam, quales sunt syr. de succ.viol.oxysacch.de succ.cydon.endiu. borag.

Medicamentum siccum, Rec.Rhabar.vigorati,diaphęn.cinnam.singulorũ pro ratione,& cum sacch.f.boli.

Pro potu vero manna sua dosi dissol. in suc.ros.pers.sufficienti f.p.

Ex naturalibus balneis dictum est subueni homini,& succus amygd. dulc. extractus recens,vt in colico potus.

Inunctiones abdomine toto ex oleo capparum,vtriusq; lilij, & absynt.an partes æqu.

Ad Choleram.

CHoleræ vomitus si sit ex cruditate curandus est primum ol.amyg.dulc.adiũcto saccharo quod si non sufficit

Medicam.purgans in forma solida, non autem in potu, nec ex cassia, quæ ventriculum debilitat, sed Diacath. cum rhabar. vig. nutrito in succ.ros.pers. cum pill. hieræ, & Diaphęn. quod postremum exhaurit cruditates.

Syr.corroborantes de mentha, & iulep de cinnam.& confect. de cinnam. vnc.i. diambr. dra.i.

Confectio quoque Hyacinthi, vel Alchermes ex vino bono veteri ad dra.i.

Si sit ex materia calida syr. de oxysacch. de granatis medii saporis de pomis, & de succ.borag.cum pulu.margar.prępar.& cum foliis auri.

Lapis item Bezahar, siquidem imminet periculum syncopes.

Fomenta ad ventriculum ex decocto ros. incompl.rubr.cortic. citrii, cinnam. caryophyll.quæ coquantur parum in vino vernacio, expressis ex hoc spongiis vtere.

Emplasta, atq; vnguenta adnotata iam in curatione vomitus, & nauseæ.

Et quoniam est sæpe numero partium extremarum frigiditas, vtitor iisdem fomentis, quæ

quæ nuper in curatione ſyncopes habuiſti.

Ad Inflammationem Iecoris.

NVnc parte gibba, nunc caua phlogoſis, & accenſio comprehēdit hepar: ſed eadem eſt plane forma curationis.

Sanguinis emiſſio è dexteri lateris iecoraria, iniecto tamen prius enemate ex caſſ. & melle viol. & decoct. comm. ſi vires ſint validæ, ſanguis in bene multa extrahitur portione.

Syr. reprimentes de cichor de oxyſacch. de ſucc. endiu. cum aq. borag. & acetoſ. ſemper nimirum immiſtis ſtypticis, quæ viſceris laxitatem tueantur, ex Gal. 13. meth. & alibi.

Altera venæ ſectio, ſi non ſequutum ſit leuamen ex priore. Porro Galenus præcepit vſque ad animi deliquium effundi ſanguinē, ſed hic inter nos vſus exſoletus eſt.

Medicamentum item conuenit lenitiuum, non ſcammonio validum. At manna diſſol. in iure pulli, vel ex ſucc. viol. cum ſucc. roſ. perſ. vel ex caſſ. recent. extr.

Cautio Meſuæ. Remouenda, quæ maximè refrigerant, vt claudentia poros, & exaſperātia inflammationes.

Inunctiones ex ol. amyg. dulc. recent. tepido. validiores ex ung. ſantal. cum ſucco ſemperuiui, & ſuc. cichor. & acetoſ. roſ. prohibet Manardus: nempe refrigerant hæc abſo-

lutè,& multo amplius cum aceto.

Probantur autem inunctiones aliæ ex vnguento rof.& populeo cum fuc. plantag. aut cichor.mifto ; quippe quæ funt ad lenitionē, & mitigationem.

Sunt & epithemata non illaudata, Rec. viol.rof rubr.fol aut florum nymphęæ ana p.i. fantal. omnium ana dra.ii. aqu. cichor. borag.& fucci folani,& lactucæ ana vnc.iiii. aceti deftill. vnc.ii. parum bulliant, & ex panno lineo leuiter expreffa multoties applicentur.

Poft quam adminiftrationem;illinito partem vnguinibus, & oleis commoderatis,quę poft fanguinis emiffionem exordio fuere præfcripta.

Viribus adhuc conftantibus à repetita fanguinis eductione,atque alijs per enemata perque cathartica quantũuis lenia, deiectionibus

Decocto vtere difcutiente adhoc modum parato,Re.chamęm.melilo.fęnigręci,& fem. lini,cichor.fumar æ plantag.& abfynth. ana p.i. bulliant in aqua cifternæ fuffic. ad vltimam emollitionem. extractæ portioni per fetaceũ adde pinguedinē gallinę,ol.rof.compl.ol.cydon.ana vnc ii.materia ad cataplafmatis formam adducta iecinoris partem obducito.

Ab his medicamenta funt vim habentia refrigerandi, ac deducendi per vias vrinæ, quæ

quæ & hac ratione leuare queunt. huiusmodi sunt aq capill. vener. vel asplenij, quod alias dicitur ceterach.

Præterea feruorem attemperant iulep. ros. & viol.cum aq.hord.vel aq.capill.vener.vel ceterach. quibus & vti poteris à primordio pro syrupis.

Ab exordio vero ad vsque calcem potet aquam hordei languens.

At debilissimo ventriculo conceditur vinum olygophorum aqua dilutum medicata.

Accedunt & auxilia,quæ comprehensa sunt in syncopes curatione, vbi viderimus decumbentem diffluere sudore diaphoretico, pulsus aboleri,& extrema corporis algere, ac vires denique vitales extremè languere. Quibus angustiis, aliisque decessibus restaurantia,& ca orifica, seu dixeris refouentia valent occurrere, facereque quominus in scirrhum transferatur remissa nimium hepatis inflammatio.

Ad Dysenteriam.

Fit sanguinis emissio sumpta primum indicatione à causa .i. ab hepate fluoris autore, sed iniecto prius enemate ex iure pulli vitellis ouorum,& sacch.rubro. Postridie secetur vena interna dexteri cubiti.

Syr.de miua cydon.& portul.& de suc.cichor.cum oxalidis aqua.

Me-

Medicamentum compressiuum. Rec.thamarind.vnc.÷ cort.myrobalan omnium an. dr.iiii.torment.dr.ii.fiat decoct.in aq.acetos. Dissol.mannæ electæ,vel sacch.viol.vnc.iiii. rhab.sine spica inf.in vnc.iii succi ros. rubr. vel in aq.de v infus.ros.rubr. colati , & fort. expressi dra. ii. triph. persicæ dra. iii. m. fiat potus.

Imponitur triphera, quia nunquam inducitur dysenteria sine febre valida ; torment. propter malignitatem , & acrimoniã syrupi.

Enema confortans ex lacte chalibeato cũ succo centinodiæ,vel plantag.cum ol. rosat. omphac.vel cum ol.cydon. cum adipe veruecino, cumq; vitellis ouorum dissol. in iure pulli. Quod si non sufficit vtere bened.& suc. ros.rubr.vetustissima adipe,nunquam omissa veruecina.

Aliud enema. Rec.malic.balaust.myrtill. acetos.& plantag.& ros.rubr.ana p.i.poma cupressi ruditer contus.nu.3.boli arm.orien. dra.iii.fiat decoctum:materiæ fort. expressæ, adde simplicia ante memorata : habes enema,quod si fluores reprimere non valuit;

Rec. hippacis vetusti minutim concisi, infunde quinquies, vel septies in sufficiente aq.pluuia,vel cisternæ,decoque vna cũ placentulis subtilibus crudis frumentaceis in iure pulli, donec vtræque materiæ fuerint dissolutæ. Colatis ipsis adde gummi arabici vnc.i. Ius in intestinum infunde cali-

dum

dum pro teneſmo deſperato.

Sed in non tam extremo placentulas triticeas ipſas licet incoquere in iure pulli, vel aqua ſabrorum ad vltimam diſſolutionem.

Fieri ſolent & infernè ſuffitus ex hac materia, Rec. malicor. balauſt. plantag. & acetoſ. portul. verbaſci, myrtill. & roſell. rubr. immatur. ana p. i. pomor. cupreſſi bene contritor. p. ii. bull. in ſuffic. portione vini rubri f. ſomenta.

Fiunt & fotus pro teneſmo cum coniuncta in pueris ani procidentia: qui faciunt, vt corroboretur muſculi, & introrſum retrahãtur: factis inſuper vnguinibus ex ſeuo verueccino, & deſuper inſperſa tritura panni purpurei, ſiue ſcarlati. ſeu raſuræ eius exuſti.

Aſſula poſt hæc, ſiue tabella tiliæ, cupreſſi, vel pinus, vel abietis, lariciſuè ad podicem appreſſa, vel vt in ea ſedeat calida vſque dum refrigeſcat, mox illito ſeuo veruecino, vel cerato comitiſſæ deſcriptione Montagnanę.

Quod ſi dolor, atq; teneſmus ſit implacabilis modica portio Philonii perſici, vel Romani. Atq; hæc in ſede inferiori.

In abdomine vero ſuperiore illitus ex ol. maſtich. & ex cerato Comitiſſæ, quod eſt vnice ſtypticum, & roboratiuum. Inunctæ vero particulæ inſperge puluiſculum ex maſtiche, cinnam. & corall. rubr.

In vniuerſum autem ante prandium, & ante cenam refouendus eſt ventriculus cy-

mis

mis abſynthii viridis cum irrorato vino protropo lacryma dicto ſuper laterculo feruido volutatis,& præcalfactis.vel

In vino rubro ſufficienti decoq. cydonia duo,vel tria ad extremam eorum diſſolutionem.extenduntur forma cataplaſmatis in panno linteo parti fouendæ analogo:inſperge pulueres adſtringentes, & roborantes.cataplaſma puluere vigoratum impone ſtomacho mane,ac veſperi multos dies.

Laudantur item Sacculi,qui Rec.ver.mēthæ abſynth. roſ.rubr.cortic. citrii ana p.ii. ligni aloes ſantal. omnium maſtich. corall. rubr ana dr.i.caryoph.dr.i.omnia craſſiuſculo cribro ſecernantur, vnde fiant ſacculi ad formam ſcuti, quorum duo madefacti mero vernacio, & expreſſi ſtomacho alterne imponantur,tertius vero ſiccus in longum detineatur.

Mirabile quoq, remedium eſt ad tormina omentum recens exemptum è mactato nuper veruecis ventre,& calidum ſuperdatum, & ante prandium mane, & veſperi ante cænam. Quod ſi iam tum calidum omentum haberi non detur:tunc

Rec. aquæ myrt. lib.i. plantag. & aceti modicum bull.& calidum inde factum omētum ſtypticis inſperſum pulueribus applicetur, vel applicetur

Emplaſt. quod Rec.maſtich.vnc.i. extenditur in aluta cum ol.nardino fiat emplaſt. ad

for-

formam scuti pro stomacho, vel imponatur emplast.D.Io. de Prochyta.

Perdurante amplius dysenteria, syr. exhibe myrtinum, vel de acetos. cum pulu. troch. de carabe, de spodio, & pulu.bol.arm.oriēt. & aquæ cisternæ parte aliqua. vel offer

In potū aquā aceto tinctā, ac decoct.myrobal.citrin.& chebul.& indorum, tum quidē in prandio, tum in cæna, interdiu etiam vtendam.

Secundum medicamentum purgās compressiuū exhibendū ex Rhab. sine spica torrefact.cum aliis rebus ante descriptis.

Galenus sermone de dysenteria de lacte docet, lac præcipue caprinū, seu candentibus ferreis ignitabulis, seu torridis iniectis sæpe silicibus fluuialibus castigatum, auxilio magno futurum, si tantum febris absit, vel hæc fuerit remissa.

Ad hæc 10.diebus voratus puluis rhabar. torrefacti, & cum saccharo rosato veteri permisti mirificus est. Denique decoctum radicis chinæ non postremum erit præsidium postremo sumptum.

Decoct. quoque chinæ paratum, solenni forma non mediocriter iuuat.

Ad Hydropem.

PRimo si sit hydropi adiuncta febris seca venam iecorariam, quando iecur alget

algo-

algore proprio : excalescit vero calore alieno,& extraneo

Gal.5.de loc.aff.c.3.docet,hydropẽ nullum esse simplicem, sed compositum cum alijs hydropis differentijs,denominari vero vnum ex causarum eius exuperantia.

Post sanguinis emissionem, præparationi valent sy. bizantinus,sy.de rad.rhodomel.ex sacch.aquę beton.& in tympanite,seu flatuoso probantur aquæ fæniculi,vel melissæ.

Medicamentum purgãs, ℞ec.pill. aggreg. agar.troch.pill.de rhab.opt.vig. dosibus cõsuetis adde rad.iridis dra.i. vel amplius vbi vires ferant.

In potu vero, Rec. Agar.troch dra i.fol. sen.orien.dr.i÷ flo.cord.p.i.decoq. in aq.capill.vener.& in col.diff.sy.Niphi.vnc.ii. diaphæn.vn.÷ m.Deindè paretur

Decoct.ligni sancti,Rec.lig indici rasi, & radicis zarzæ.præp. ad vn ii.cort. eiusdem ligni,& fol.senæ orien.ana dra.iiii. ceterach. capil.ven.soldanellæ,flor borag.stæch sãpsuchi,& beton.ana p.i.cort. rad fęnic. & apij rad.petros.& capp.an.vn.i glycyrrh.præpar. vn.÷ semin.fænic.& anys.ana vn.ii. Infundenda infund.per 24.horas in lib.vi. aq. fontis,fiat decoct.sec.art.ad consumpt.duarum part.aq.& facta colat. seruetur pro syr. Dosis sit lib.÷ continua medicamentum 40. dieb. cum victu carnium assarũ.Interpone decimo quoque die pillul. ante præscriptas vsque

ad

ad finem dierum quadraginta.

Decoctum vero pro assiduo potu in mensa,& extra sit hoc.

Rec.ligni guaiac.limati, & rad.spartæ[pa-rillæ minutim concisæ ana vn i.infun.in lib. vi.aq.font.per 24.horas, fiat decoct. ad consumpt.tertiæ part. aq. adde ceterach. capill: ven.soldan.ana p.i.coriandr.præp.vn.÷ cinnam.elect.& glycyrrh. parum contusæ dr.iii. colatura seruetur pro potu.

Inunctiones abdominis totius crebras fac ex hoc cerato,R.ol.vtriusque lilii, ol.capparum'ol.absynth. ol. amygd. amar. ana vn.i. Vnguenti Arthanitæ, & suc. cyclaminis ana vnciam i.÷ adipis gallinæ vn.ii. ceræ quantum satis,fiat vngu.

Perdurante languore pill.de mezer. paulò ante prandium pro qualibet vice dra.i.ad 30. dies formandæ cum suc.iridis à summo ipso mane præparato,& 4.ab hinc horis erit in languente refoueri prandio: cibi vero vehiculum aqua decoctæ soldanellæ.

Clyster.lenientes,ac discutientes ex capite veruecino componendi,quemadmodum in curatione colicæ dictum fuit.

Cataplasma ex cochleis terrestribus cum testis earum in mortario validè contritis in amplo panno distentum, & abdomini calidum impositum 4.horarum spatio detinetor, creditur aquas per lotia mouere. Hollerius lumbis vult adhibendum.

Di-

Discutiens,& aquas mouens. Rec.fimi caprarum lib.i. rad.fœnic. rad.apij, rad. petrof. rad.brufci,& rad.capparum, & panis azymi ana vn.ii.capill.vener.& abfynt.ana p.ii. bull.in fuff.portione aquæ, donec emolliantur, ex hac omni materia perbene contufa, aut per fetaceum tran fmiffa f.cataplaf.abdomini fuperiori diftendendum.

Aqua decoctionis cinnam. in vafe duplo, feu balneo Mariæ cunctatius confecta, præfertim aduerfatur materiæ flatulentæ.

Sudationes Aniani, & arenationes Aenarianæ valentiffimæ funt.

Aqua aduecta de balneo Lucenfi lib. vi. quotidie pota.per vrinæ vias ocyffime fecedens xv.dierum fpatio tumorem leuare potis eft, fi per initia vegeto iam ægroti calore hauriatur.

Ad Scyrrhum Iecoris.

SVb plethora fanguinis emiffio tuta eft. Diuretica vero fummopere commendantur à Galeno plerifq; locis.

Syr.oxym.& rhodom.ex facch.fy byzantinus,aut de 4 radicibus.

Medicam. purgans, Rec. flor. cord. p. i. agar.troch dra i fol. fenæ orient. vn.÷ Rhapont.vnc.ii.f.d.in aq.capill.ven. & in colat. diffol. fyr. de cichor. Nicol.vn.iii. Rhabar. vig.drach.ii. infufi in vn.iii. fuc. rof. perfic.

Dia-

Diacath.Arnaldi dra.vii.Rhabar. dra.ii. parum nutr.in ſucco roſ. perſic. cum ſaccharo, fiant boli.

In forma vero pillulari,Rec.Agar.trochiſc. Rhab.vigorati,& pill.aggreg.ana dra.i. cum cath.roſ.7.pill. formatæ deaurentur.

Fomentum emollitiuum,Rec.malu.althææ violariæ, capil. ven.ana p.i. rad. cichor. petroſ.apij,cappar.ana p.i.abſynth.p.2. bull. in aqua pura ſufficiēte,adde cyathum vini odorati,fiat decoctio ſecundum artem, inde epithema,quo vtere maditatis ſpongiis ad partē affectam.

Ad linimenta , Rec.ol.vtriuſq; lilij,adipis vituli ana vnc.iii.cum cera ſufficienti,fiat linimentum.

Emplaſto,Rec.gummi ammoniaci, Bdellij ana dra.iii. macerentur aliquandiu in aceto, diſſolue ex oleo de abſynth. oleo maſtich. & ol.roſ.omph.an.vnc.ii.vtere miſtura ad iecur emolliendum.

Sy.dicti magiſtrales,Rec.ſucci cichor. depur.lib.ii.in eo bull.comæ abſynth. p.i. Rhabar.vigorati tenuiſſime contriti dra.ii. factæ decoctionis fiat fortis expreſſio , addita ſacchari ſufficiente portione , paretur ſyr. longus,de quo ſumantur vnc.iii in ſingulos vſus.

Electio, Rec.pulpæ pect.gall.vnc.iii. ſem. mel.dr.ii. pulu.troch.de eupator.& de Rhab. ana dr.i.ſacchari albi diſſ.in aq. capil.ven.& meliſſ. fiant elect. in oſſellis , quæ vorentur

mane cum aq.capill.ven.in qua sit infusum Rhab.vigoratum ligatum in pupatella.

Aqua ceterach.interdiu,& à cibo.

Hyeme vero interior mica cõtrita rhabar. hausta cum vino albo bene odorato, vel etiam Rhabarbarum ipsum commansum vino odorifero superpotato.

Vel denique deuoret pill. de rhabarb. & pill.aggreg.ana dra.i.mane.

Vel syr.de Eupatorio compos. vel de cichor.Nicol.ad vnc.ii.quæ si non sufficiant

Decocto vtitor sarzæ minutim incisæ vnc. iii.infunde 24.horis in lib.iii.aq.font. fiat decoct. in aquis prædictis ad consumpt. medietatis,adde flor. cord. capill.ven. ceterach. ana p.i.fol.senæ orien.vnc.÷ Rhapont.eupator.mastich. dra. iii. cortic. rad. petros. apij capp. aspara. fęnic. tamar. brusci endiu. cichor.ana vnc.÷ absynth. p.÷ confecta decoctionis expressio,paretur in sy.de quo dato lib.÷ in singulos vsus.

Decoctio spartæ pro potu, Rec.spartæ parill.præp.vnc.i. fiat infus.in lib.xv. aq. font. die naturali:decoque ad consumpt.tertię partis,addito in fine glycyrrhizæ parum contus. cinnam.ana dra.iiii.ceterach.capill.ven.ana p.i÷ facta colatura seruetur pro potu, quo decocto vtere 30.diebus cum victu carnium assarũ,& aliorũ siccorũ,quę possunt exhiberi, non obstante, quod hæc non obsistant morbo,qui gaudet humidis,nam huius origo fuit

in-

infarctus, & ex plenitudine cruditas, quæ duritiem induxit,& fouet.

Naturalia remedia nō omittenda,è quibus Balneum est succellarij dictum,roborans partes naturales,& deobstruens, & calfaciens.in hoc affectu nos ait vti debere roborantibus; atq; discutientibus 14.meth.Gale.

Ad inflammationem Lienis.

VEnæ sectio sinistri brachij, quæ competit vnicuique reprimendæ inflammationi.

Sy.de succ.endiu.& borag.capill.ven.ana vnc.÷ aq.cichor.vnc.iii.m.

Medicamen.purgans quarto,vel sexto die manna cum succ.ros.persic. vel cass. & sacchar.viol.dissoluta in suc.ros.persic.

Inunctio ex ol.viol.& ros. cum adipe gallinaceo,vel anserino.

Fomenta,Rec.maluæ,althęæ,viol.ros.rubr. cichor.flor.borag.ana p.i. ferue in sufficienti aqua fontis: madidis ex ea spongijs foue partem.

Item,Rec. ol.rosati , viol. de absynth.ol. cydon.& myrtil.ana vnc.i.adipis anser.vnc. ii.ceræ q.s. f.ceratum.

Hirudines affigendæ sedi.

Aqua Cochlear. terrestrium destillatarum vtere cum saccharo.

Elect.Rec.sem.melo. vnc.iii. diamarg. frigidi,

gidi,& electuar.fantal.ana vnc.i. facchari albi,dissol.in aqua capil. vener.sufficienti, fiat elect.secundum artem.deuoretur ex his offellis vnc.i.cum aqua ceterach,vel capil.vener. superpota.

Posset etiam æger vti mane multiplici cõserua refrigerante, quales sunt conf. buglos. borag.ros.persic. & ros. rubr. & viol. ana partes æqu.quibus ingestis frigidam superpotet aq.cichor.

His non conferentibus accedito sectio saluat.inter digitum anularem, & auricularem.

Et quia post lienis inflammationem solet insequi obstructio,& scirrhus, hæc duo sunt cauenda, quemadmodum capite proxime sequenti.

Ad Scirrhum Lienis.

SYr.byzantinus,syr.de trib.vel de 5.radicibus,oxym.simpl.cum aqua ceterach, vel capill.ven.

Medicam.purgans,Rec.pill.aggreg. rhab. vigor. & agar. troch. ana dra.i.form.pill.7. cum cath.ros.

Apozema post 4.horas, Rec.syr.ros.sol.vel syr. cichor.Nicol.vnc. iiii.aquæ melissæ modicum.

Potab.medic.Rec.Agar.troch.dra.i.fol.senæ orient.vnc.i.fiat decoct.in aq capill. ven. & in colatura dissol.syr. cichor. Nic. vnc.iii.

Rha;

Rhabar.vigorati infusi in vnc.iiii. ſucci roſ. perſic.colati m. & fiat potus.

Vnctiones ex oleo vtr.lilii,de cappar. & de abſynth.ana vnc.ii.

Fomenta, Rec.Ceterach,capill.ven. rad. tamar. fęnic.apii,petroſ.radic. cappar. maluæ althęæ,aſparag.& abſynth. flor. chamęm. fęnigr.ſemin.lini ana p.i.caricas ping.nu.12. feru.in hydrel.& expreſſis ex eo ſpongijs vtere in fomentum.

Linimentum, Rec.vnguenti arthan.ſucci cyclam.ol.amygd.dulc.& amar. vtriuſq; lilij, & olei capparum,& olei abſynth. ana vnc.i. adip.anſ.vnc.iii.ceræ pauculum m.fiat vng.

Syr.magiſtrales, Rec.rad. chinæ conciſæ vn.ii.fiat infuſio in lib.vi.aq font.inde decoctio ſecundum artem ad conſumpt. mediet. aquæ.adde in decoct.ceterach,capil.ven.rad. tamar fęnic.apii,petroſ.endiu. aſparag. ana p.i.fol.ſenæ vnc.i.abſynth.p.÷ fi.ſyr. longus.

Rhabar.vig.ſubtiliter puluerati dr.ii.agar. troch.ſubtiliter contuſi dra.÷ factæ decoctionis fiat fortis expreſſio,& addito ſaccharo ſufficienti paretur ſyr. longus, cuius potus eſt vnc.iii.in longos dies.

Balneum ſuccellarij.

Pro aqua pura præſtat aſplenij, vel capill. veneris decoctum.

Demum hirudines venis ſedis affigendæ,& fonticulus ad internum ſiniſtrum poplitem eſt poſtremus.

Ad Inappetentiam.

HÆc ſi dependeat à calidis humoribus, ſyr.ſint oxyſacch.ſyr.de gran.dulc.de ſuc.cichor.endiu.lupul.

Medicamentum vero purgans eſto Caſia, vel manna diſſoluta ſucco roſ.perſic.

Si vero fiat hepatis vitio,ſanguinis emiſſio ex dexteri brachij vena interna, & ſubinde medicamentum præſcriptum.

Electuaria cum aqua acetoſæ, vel ſcorſonariæ.

Linimenta ex ol.amygd.dulc. olei abſynthij,& roſ.omphac.

Diamarg. frig. exhibe ſummo mane ad dra.i. vel

Elect.de gemm.eadem portione.

Si verò dependeat affectus à frigidis humoribus, vomitus vt ſupra monui, prouocandus.

Syr. oxymeli ſimplex, Rhodomeli ſaccharinum,ſyr.cortic.citrij,ſyr.de pomis cum aq. beton.vel meliſſæ ſuperpota.

In forma potabili medicamentum, Rec. fol.ſenæ orient.vnc.÷ agar.troch. dra.i. flor. cord,p.i.fiat decoctio in aqua betonic.& in ſuffic.colatura diſſ.ſyr.roſ. ſolut. vnc.iiii. ſyr. Auguſtini vnc.iii. Diaphen. vnc.÷ & non colat.miſce,fiat potus.

In forma pillulari, Rec.pill.aggreg. agar. troch.

troch.& Rhab.vigorati ana dra.i. form.pill. cum cathar.roſ.n.7.

Vnctiones externè ex ol maſtich.& ol. de abſynth.ana vnc.i÷ ol.nucis moſc.dra.i. ceræ modicum m.fiat linim.

Emplaſt.Ioannis de Prochyta,vel vet.galliæ,vel empl.de maſtich.

Ante prandium ſyr.de mentha cum ſyr.de cort.citrij,item iulep de cinnam. vel confectio de cinnamomo, nec non cum oleo anyſorum in tabellis.

Auxilia denique omnia ſuperius adnotata pro vomitu,quales ſunt ſacculi fomenta, & vnguenta.

Interpellatis vicibus pill. maſtich. & pill. de aloe præp.ad dra.i. ingere ante cibum mane.

Si ex obſtructione,ſyr.de abſynth. de Arthemys.

Medicamentum purgans deſcriptum in forma pillulari.

Vinum de abſynthio, & ol.de abſynthio.

Rhabarbarum pulueratum ex vino albo odorifero ſummo mane.

Pro potu aqua ceterach, & poſtremo
Decoctum chinæ,vel ſarzæ,&
Balneum ſuccellarij quaſi pro fomento.

Ad Obstructionem hepatis.

OBstructio si sit per essentiam, sectio Iecorariæ dextri cubiti.

Syr. oxymeli de 3. vel 5. radic. cum succo endiu. cum aqua capill. ven. Hyeme vero sy. byzantinus de 3. rad. rhodom. zucch. cum aqua ceterach.

Medicamentum purgans, Rec. flor. cord. p. i. Agar. troch. dra. i. fol. sen. vnc. ÷ fiat decoctio in aqua scorson. & in colatura dissl. sy. D. Augustini, & syr. viol. ana vnc. iii. rhabar. opt. vigor. dr ii infus. in vnc. ii. suc. ros. persic. colati, & expressi m. fiat potio.

Hyeme medicamẽtum pillulare, Rec. pill. aggreg rhabarb. vig & agarici troch. ana dr. i. form. pill. 7. inauratæ.

Post 3. horas, Rec. syr. de cich. Nic. & ros. solutiu. ana vnc. iii. cum aqua ceterach.

Vnctiones ad hepar. ex ol. de absynth. & amygd. dulc. ana vnc. i ÷

Syr. magistrales. Rec. suc. cichor. sylu. lib. ii bull. lento igne, & add. fol. senæ orient. dra. iii. absynth. p. i.

Rhabarb. subtil. puluerati dra. ii. fi. decoct. mox colatura, tertio fortis expressio, adde sacch. ad suff. fiat syr. longus, de quo sumat languens vnc. iii. mane.

Aqua decoctionis ceterach in omnem vsum potionis.

Vn-

Vnguentum, Rec. Ammon. dissol. in aceto vnc. ÷ olei de absynthio, & amygd. dulc. ana vnc. i ÷ omnia simul dissol. cum paucula cera fiat ceratum molle.

Electuaria, Rec. sem. melon. vnc. iiii. adde elect. diatrium santal. ana dra. i. sacchari albi dissoluti ex aqua capill. vener. quantitate suff. fiat elect. cum vnc. iii. aq. capil. ven. in qua infusum fuerit rhabar. in pupat. cuius dosis sit vnc. iii.

Hyeme rhabarb. in substantia mansum cũ haustu vini odorati. rhabarbarum vbi mandere non possit ægrotus, idem ipsum tenuissimè tritum ingerat ex vino.

Est & mane commodus syr. de cichor. Nicol. cum sy. byzantino composito ana vnc. i. ex aqua decoct. ceterach 10. diebus pota.

Syr. vehementiores de aceto scyllitico, & oxymeli scyllitici cũ aqua ceterach, vel capill. ven.

Pill. vehementiores aggreg. de rhabar. vigorato, pulu hieræ, de quibus sume mediocrem portionem; fiat autem massa cum sy. de cichor. Nicolai.

Pro potu deinde cape, syr. D. Augustini, cũ syr. Nicolai.

Si verò persistat etiamnum morbus, & iam inueterauerit;

Decoctum accipe sarzæ, in quo simplicia diuretica sint incocta.

Balnei succellarij vsus 7. diebus, quo me-

dio

dio rempore ſumat languens rhabarb. vel in ſubſtātia, vel bene pulueratum, vt ante monſtratum eſt.

Rhapontici demum vſus longus, quod eſt mirabile.

Ad Suppreſſionem vrinæ.

EA ſi vitio ſit veſicæ debilitatæ ſectio, venæ iecorariæ, vel cuiuſq; reliquæ venæ non videtur conuenire; ſed potius corroboratio partis, & primo

Medic purgans, ex caſia, & diaph. hiera Galeni cum pulu. glycyrrh. cinnam. vel

Forma potus, Rec. Diaph. vnc. ÷ diſſol. in ſuff. ſy. de cichor. Nicol. adde pauculam aquā fęnic. m.

Fomenta, Rec. flor. chamęm. melilo. fęnigræci, ſem. lini, ſampſuchi, beton. roſ. incōpl. ceterach, & capill. ven. flor. ſtęchad. abſynth. ana p. i. ferueāt omnia in ſuff. vino albo odor. ſpongijs ex hoc expreſſis fiat fotus.

Inunctiones loci male valentis ex ol. chamęm. oleo de abſynth. ol. de ſpica, & oleo de hyperico.

Suggere vero per os, quæ vim habent incidendi, & corroborandi, quale eſt oxymeli ſimplex, vel ſcylliticum, rhodomeli cum ſaccharo, vel oxyſaccharum.

Pillulæ, quibus corroboratur cerebrum, & partes neruoſæ, ſunt huiuſmodi; pill. cocc.

agar.

agar.troch.formentur è ſyr.de ſtæchade.

Secundo pro potu, Rec.ſyr.D.Anguſtini, & ſyr.de 9.infuſ.roſ.perſ. vel ſyr.roſ. per ſennam.ſolutiuarũ. Poteris & manu perinde ac vtrem emungens, vrinam elicere.

Vnguentum ad pubem, & veſicam eſto, quod Rec.ol.ver.lilij,olei capparum, ol.de abſynth.ol.de ſpica,ol.de hyper.ol.de lumbr. ana vnc.i.ol.nuc.moſch.dra.ii.adipis anſeris vnc.÷ cum paucula cera fiat ceratum,vel

Re.4.anodyn.farin.lupin.& ſem.ſinap.ana p.i.feru.in aq.cum his in mortario piſtentur adeps vetus gallinæ,vel potius anſeris, oleo guttatim inſtillato de ſpica ad vnc.ii.f.catap.

E diureticis neceſſarijs præſente calculo, vel arenulis,vel limo craſſo, vel grumo ſanguinis in canali veſicæ,primũ eſt Electuariũ Iuſtini ad dra.i.ex vino.

Mox pulueres hi,Rec.pulu.ononidis, milij ſolis,lapidis Iudiaci,oſſiũ ceraſiorum, meſpilorum, dactyl.ana dra.ii. Quum opus eſt accipe pondo dra.i.ex vino odorato.

Proficit & flatulentiæ lotium ſupprimenti confectio de dianyſo, vel tabellæ ex oleo ſtillatitio anyſorum,& ſaccharo, & aqua fæniculi ſecundum artem paratæ: item elect.è cinnam.

In vniuerſum vero caſiæ flos glycyrrhiza, & ſemẽ maluæ, & halicacabi,ſeu alchechengi,laxant vrinæ vias.

Pulueres laudati tali leporis aduſti. laudata ſunt &

Fomenta, quæ comprehendunt hæc; rad. iridis, petrosel.apij,asparag.capp.borag. cichor.ceterach,capil.ven.ana p.i.ferueant in albo vino sufficiēte,in quod orificij amplioris vase receptum infundantur penis, & testes aliquandiu:mox absterſi, & exiccati deliniantur oleo de scorp.amygd.amar.& oleo irino ana vnc.÷

Elect. Rec.sem.melonis,& semin.maluæ,& semin.lini,glycyrrh.contusæ ana vnc.i. milij Solis, lapidis Iudaici curiose puluerotorum ana dra.ii.sacch.albi dissoluti aq.capill. ven. portione,quota sufficit,fiant electuaria secūdum artem.

Potus aquę ceterach,& capil.ven.in potu.

Rhapontici pulu. in albo vino sufficienti. noctu infunde,mane colatum humorē hauri, qui maximè iuuat.

Balneū de subueni homini,vel huius forte defectu,balneum ex oleo puro, vel balneo facto ex hydrelęo,in quo ferbuerint, quæ superius adnotauimus.

Decoctum sparsæ tum in syr. tum in potu ex memoratis sępe diureticis paratum.

Destituto remedijs languente, & in casu lapidis explorato,consultum est secari inter anum,& testes,vbi collum est vesicæ, & indè calculum eximi. nimirum expedit languentem in vita cū fistula seruari,prius quā biduo,vel triduo miserabiliter perire. Sed facta protestatione quandoq; id ego permisi.

Ad Diabetem, siuè vrinæ incontinentiam.

IN recēti Diabete, & acri materia venæ sectio dextri cubiti, atque insimul Syr. de suc. cichor. de miua cydon. cum aqua plantag. aut acetos.

Medicamentum purgans, Rec. thamar. vn. i. cort. myrob. citrin. chebul. & ind. ana dr. ii. fiat decoct. in aqua acetos. & in sufficiēte colatura dissol. mannæ electæ corp. vel sacchari violati vnc. iii. rhabar opt. sine spica dra. ii. infusi in vnc. iii. succi ros. persic. vel aquæ ipsarum m. fiat potus.

Victus ratio inculpata, & opt. sint cibi de bipedibus, & auiculis.

Potus aquæ cisternæ chalibeatæ.

Vnctiones ad renes ex ol. ros. omph. myrtino, & vnguento comitissæ, vel seorsim singulis, vel mistis.

Per os syr. de ribis, myrtinus, de portul. & acetos. de miua cydon. cuicunq; additis pulu. boli arm. orient. corall. rubr. troch. de carabe, & de spodio.

Emplast. Rec. pulu. ros. rubr. myrti baccarum, boli arm. orien. mastich. coral. rubr. sanguinis dracon. cortic. castan. assarum ana dra. i÷ farin. hord. p. i. ol. myrtini, & ros. omphac. & mastich. ana dra. i÷ pulu. myrob. citrin. chebul. & ind. ana dr ii. omnibus tenuissimè contritis, & addita terabinthina, & vi-

sco

ſco quercino ſufficiente materiam deduc ad formam emplaſti ſecundum artem, quod in aluta extēde oblōga quadrata. Hoc medicamentũ mirabile eſt ad remorandã,& digerendam materiam ſeroſam,& alias,& ad fętum in vtero retinendum.

Poterit & ęger mane myrobal.citrinis vti. Ad hæc intret

Balneum aquæ dulc.modicè calefactæ, & accipiat ad lumbos ſtillicidium ex hac materia.

Rec.malicorij,balauſt.myrt. baccarum, pomorum cupreſſi,plantag acetoſ. roſ. rubr. ana p.i. feru. in aqua fabrorum ſufficiente, licet ex hoc quidem fieri fomentum in regione renum, ſed præſtantius eſt ſtillicidium incidens ex alto loco.

Sic Balneum de la Goccia,quod eſt Puteolis propè Sulphatar.commendatum eſt,& ita dictum,quod guttatim erumpat è ſaxo.

Poteſt & ad vſum componi ex ſimplicibus ad hanc rem facientibus.

Rec.prędicti balnei lib.iiii.aq.myrt.vel roſ. rubr.libr.ii.miſce, & modicè calefactæ cura vt ex aheno vaſculo cadant in renes guttatim,vel ſi corpori ſubſit intemperies, balneũ intret,quod dicitur Balneoli.

Si Diabete nihilominus perduret,venæ ſectio nullius eſt vſus; at ſudores certo erunt emolumento: verũtamen adhibito prius medicam.purgãte miniſtret ſibi balneum iſtud.

Rec.

℞ ec.Ceterach capill. ven.rad.cichor. tamar.fænigr.sem.lini,fænic. apij, petros. ana p.i. feru.in aqua sufficienti in lebete medio-cri ponat pedes æger,& hac foueat partes affectas.

Eo vero tempore languens ponatur supra grabatum benè coopertus excepto capite, vt halitu vaporis illius aperiantur pori sic,vt emanet sudor:quod estuarij genus continuet ægrotus ex diebus: nutriendus interim optimis cibis.

Sed vbi vitium priuatum sit colli vesicæ, priuatim etiam,& propriè debemus his auxiliari, atque vbi sit ab vlceris acrimonia, per iniectiones,& remedia extrinsecus attēperantia,& digerentia diu refouenda pars est, quæ inter anum,& penem est sita.

Ad calculum renalem,& vesicæ.

SAnguinis emissio secundum virium tenorem est moderanda,de interna dextri cuti iecoraria.

Syr.præpar.& incidentes materiam crassā,qualis est syr.de 5 radicibus,& oxym.simplic.Et si materia fuerit impense frigida rhodomeli saccharinum, de 3. rad. Gentil. sine aceto,syr.de malua,syr.capil.ven. cum aqua ceterach,vel gram.vel capil.ven.

Medicamentum purgans in potu, Rec.radic.glycyrrhizæ ruditer contusæ dra. ii. fiat de-

decoct.in aqua capil.vener.& in colat.dissol. mannæ elect.corp.vnc.iii.vel sacc.viol. vnc. iii.vel pulpæ cassiæ recent. extra.per setam vnc.i.÷ syr.de cichor.Nicol.vnc.ii. rhabar. vig.dr.ii.infus.in vnc.iii.succi ros. persic. colati,& expressi diacath. Arnal. vnc.÷ misce fiat potus.

Bolus,Rec.pulpæ cas.recent. extra.per setam vnc.i.diaphęn. dra.vii. pulu. glycyrrh. ononidis, & cinnam. ana dra.:. cum sacch. fiat boli.

Pillulare medic.Rec.pill.aggreg.ex inuēt. Mesuæ,pulū.hieræ Galeni,agar.troch. rhab. vig.ana dra.ii.fiant pill.cum cathar.ros. n.7.

Pruna damasc.condita cum succ. ros. persic.& cum decoct.senæ orient.quotidie ante prandium assumenda.

Cautio.Materia hæc crassa, & viscida expelletur potius per aluum,quam per vreteres, & vias renum.

Et quoniam metus est, nè lapis augescat, hocce periculum præuenire oportet, & factū qualemcunque demoliri.

Igitur cum optima diæta apprehendat æger decoctum,quod Rec.sparteę parillę modicum concisæ,& lotæ vnc.iii.cort. ligni Indici vnc.i infund.in lib.vi.aq. fontis 24. hor. decoque ad consumpt.2. partis aq. In fine adde fol.senæ orient.vnc.÷ ceterach, capill. ven flor.viol.flor.maluæ, flor. borag. fumit. lupul.& cichor.ana p.i.radic.ononid. dra.ii.

ra-

radic.petrof.afpar apij fęnic.& tamaricis ana vnc.÷ facta fortis expreffio feruetur.

Pro potu, Rec.eiufdem fpartæ vnc.i.infuf. per idem tempus, & eodem modo in xv. lib. aquæ font,decoq.ad confump.tertiæ part.aq. adde in fine ceterach, & capill.ven. ana p.i. glycyrrh.dr.iiii cinnam.dra.ii. facta colatura feruetur pro potu decē diebus profequendo.

Purgato corpore Balneum petræ Puteolanū adminiftretur lūborū regioni fex diebus.

Quod fi calculus obfirmatus fit, & obduratus,ad valentiora præfidia confugiendum eft, &

Diuretica apprehendenda. Primo leuiora, qualis eft expreffio fucci fauorum cum dra.i. pulu.ononid.vel aq.florum anthof.i.ror. marini deftillati ad vnc.ii.vel aq.deftill. ex minutulis limonibus cū paucula aqua cinnam. deftillati.In menfa vero iufcula cicerum nigrorum cum femin.afparag.& fęniculi decoctorum.Puluifculus item frugiferus eft,qui

Rec. pulu. ononidis,offium ceraf. dactyl. mefpil.lapid.Iudaici,milij folis, & faxifragij ana dra.ii m. & vtere ex vino gręco, vel ex fucco limonij,vel ex decocto diuretico.

Electuarium Iuftini.

Sanguis item hyrcinus præparatus ex vino bono voratus.

Calculus humanus quoque perhibetur à proprietate profuturus.

Vnctiones ex oleo de abfynth. de cappar.

 vtriufq;

vtriusque lilij, & olei de lateribus, & huiusmodi alijs.

Quoniam fas non est ipsos adaperiri renes, licet hoc ausus fuerit Franciscus Rossetus, quemadmodum in lib. de partu Cesario declaratum reliquit: mirabile præsidium est apponi cucurbitulas duas ad lũbos, mox vero binas alteras inferius, & tertio binas alias iuxta pubem infimã. legimus apud Aetium, & Nos in opere efficacis medicinæ monstrauimus, hocce remedio pertrahi calculos ex renibus, & extrudi deorsum.

In dolore peracerbo balneum de subueni homini Puteolanum subuenturum vtique spera. quo apud exteros deficiente, substituas licet artificiale, ex hydræleo, quod receperit in se diureticas radices, simplicia quatuor anodyna, polytrichum, & adianthum, veneris dictos capillos, vtramque maluam, paludapium, caricas, zyzypha, carobas, dactylos syriacos, & huiusmodi laxantia, & aperientia omnia.

Aiunt intestinum hędi in laborantis hominis mentulam inductum, & vehementer inflatum, sic vt illapsus flatus vesicam ampliauerit, & dilatauerit, exiturum exindè calculum, qui remoratus opprimat dolore: cuius ego simile commentum, & instrumẽtum exposui descriptũ in medicina efficaci monstratum à Memphitico medicatore. Quorum vtrũmuis exigente casu possis experiri.

Ad impotentiam coeundi.

SI venerit imbecillitas ab inanitione, imprompiu victus esto ratio plenior, quales sunt testes gallorum, coturnices, turtures, hædi, veruccina, suillaue caro, pistacii, nuclei pinei, vulgaris giorgiolena, sesama, semen sinapis, semen erucæ, ipsæ quoque erucæ pastinacę semen, & brassicę, quæ cuncta generant abundè semen.

Si fiat defectu flatus, suggerent hunc legumina, qualia sunt cicera, fabę, phaseoli, cæpæ, & allia assa, radiculæ, semina anysorum, fęniculus, carduus scolymi.

Animi turbationes ad iucunditatem conuersę.

Penis leporis, vel vulpis tritus ex vino assumptus.

Esitatio Dactylorum.

Pinguedo lacerti scynci hoc modo parata. amputatis caudis, & capitibus, & interaneis, quod reliquum est conditur sale, & quæ pinguedo dimanat ab embammate, seu conditura, colligitur, qua locum inunge situm inter anum, & testes.

Herba nominata testiculus vulpis, & radix Satyrij mansa:

Conf. diasatyrion ad dra. i÷ horam dimidiam, aut integram ante coitum. Diamoschũ etiam, ac Mithridatium vsitata, seu catapo-

tiis,ſeu iuſculis,aut mero potata.

Vnctiones ad intercapedinem inter anum, & teſtes ex ol.ſeſamino,vel de euphorbio,vel ex nuce moſch.vel ex moſcho. vehementius autem ol.de lateribus,quod & ſemen gignit, & mentam intendit.

Per os vero diamargar.calidum.

Electuaria,Rec.cerebrorum paſſer.vnc.iii infun.in aq.namphæ per 24. horas, nucleorũ pineorum , & piſtaciorum ana vnc.ii. gran. parad.piper.longi,zinzib.ſem. vrtic. naſturtii,erucæ,galang.ana dra.i ſacch.albi diſſolu. in aq.namph. fiat elect. de quo ſingulos in vſus mane, & veſperi mande vnc.i. ex vino albo generoſo , in quo fuerit infuſum zinziber cinnam.iulep.ana dra.ii.ſacch.quantum ſufficit:fiat vinum odor.quod vinum dicitur Hippocraſſum,celebre Panormi.

Lotiones ad teſtes, Rec. galangæ, garyophyll.cinnam.zyziphor.maſtich.zinzib.ana dra.iii.cort.citrii ana p.i.vel p.÷ bull. in vino rubro craſſo generoſo ſufficiente , ex quo ſæpe perluere ſedem,& obſcęna licebit.

Illitus ad partes prædictas, Rec.ol.de lateri b.ol.euphorb.ol.caſtor. & ol. ſeſamini ana vnc.÷ puluerum moſchi, zinziberis, zibetti, maſtich.& cucubebarum,ſemin.cinaræ,erucæ,ſinapis,& fœniculi ana dr.i. ceræ puſillum m.fiat linim. quod valet ad trahendum ſanguinem ad locum interiacentem ano , & teſtibus , ex quo poſtea ſanguinis, & vtilis flatus

tus influxu necessaria sit colis ad venerem arrectio.

Ad Priapismum.

AB ignauia genitalis phalli venimus ad immodicam eius intentionem, quæ Si fiat ex seminis multitudine, sectio venæ cubiti dexteri, & sinistri, non semel tantum, sed bis, atque ter.

Medicamenta expurgantia renes, qualia sunt casia, manna, syr. viol. sacch. viol. sæpenumero exhibita.

Vnctiones externæ ex ol. viol ol. sem. cucurbitæ, vnguento refriger. Galeni, succo modico hyoscyam. succo semperuiui maioris, solani, lactucæ, mandragoræ, & vsque opii momento, si necessum fuerit visum, quibus & terebinthina commistis illinire possis locum ano, & testibus interiectum.

Electuaria refrigerantia. Rec. sem. melon. vnc iii. semin. cucurbit. & citruli ana vnc. i. semin. portul. lactucæ, & papau. ana dra. i. semin. agni casti, & rutæ ana dra. ÷ sacch. albi dissol. in aq. ros. rubr. q. s m. fiat elect. quo valetudinarius vtitor ex decoctis maluæ, violariæ, hord. qua hordei aqua ad vinum lymphandum opus erit.

Mane diamargar. frigidum ex eisdē aquis.

Est & vsus dra. ÷ caphuræ, & vna sem. agni casti, menthæ, ac rutæ ex vino albo.

Si sit ex immodico flatu, discutientibus occupes,& primo

Syr.ex oxym simpl.oxysacch.& rhodom. syr.de mentha,de cortic.citrii cum aquis fęnic.anethi.

Medicam.purgans, Rec.agar.troch.dra.i. senæ orient.vnc.÷ sed cum folliculis, semin. fęniculi dra.i.fiat decoct.in aq melissæ, & in colat.dissol.syr.D.Augustini vnc.iii.de noue infus.ros.rubr.& de 5 persic.ana vnc.ii.Diaphęn vnc.÷ m.fiat potus.

Vnctiones tum ad renes, tum ad scrotum, & interfęmineum, ex oleo chamęm. rutæ, & anethi.

Per os diamarg. calidum, diamoschum, confect.diambræ, & Galenæ ad dra.i. triph. persicæ,aut magnæ, quæ omnia discutiunt flatum,& libidinem obtundunt.

In potu aqua anys. cum pauco cinnamomo.

Vinum vero sit album discussiuum,vt Cerellæ,Beluidere,Pausilypi,& Capodimonte.

Elect. Rec. 4 sem.frigid.maior. vnc.iii.seminum erucæ,fęnic.anys.pulu.glycyrrh. ana dra.i.sacch.albi q.s.dissoluti in aq.fęnic. fiat elect.in offellis,quibus vtitor mane,& vesperi ex aqua primo decocta.

In materia vero acri,& mordaci venæ sectio internæ dexteri cubiti.

Syr. de fumar. de cichor. de lupul. & portulaca.

Me-

Medicam purgans,ex ſyr.D.Auguſtin.roſ-perſic.de ſucco viol.cum conf.Hamech.

Serum lactis,in quo decocti ſint flores cordiales,& fol.ſen.orien. aliqua portione:vtitor aliquot diebus.

Balnea ex aq.dulci. Aq. frigida affuſa ad teſtes,& pudendum,priapiſmum curauit Galenus 14.meth.c.7.Ad penetrationem adde aliquantulum aceti.

Vnctiones omnes adnotatæ, cum ageremus de multitudine ſem.ſic electuaria,&c.

Ad inflammationem renum,& veſicæ.

HVmectantia,& refrigerantia.

Venæ ſectio ex Galeno 13. meth.c.11. & lib de curatione per ſanguinis miſſ. c.8. ex ſaphena. Recentiorum vero ſententia ex interna dexteri cubiti.

Quæ ambæ ſententiæ ſunt approbādæ, illa quidem catàixin rectitudinem,hęc per reuulſionem:quæ vero reuellere intendimus, præcipue conſultum eſt ex iecoraria.

Vel dicas,quod ſub viribus validis vtimur reuulſione per brach.ſed in languidis cum Galeno euacuando ſufficit ſemel ſanguinis emiſſio:ante quam emiſſionem omnino

Clyſter.odinetur ex caſia,ex oleo viol. & melle viol.quæ omnia diſſol. in aqua decoct. maluæ,viol,& hord.

Syr.præparantes, & mitigantes acrimoniã humorũ, Rec.malu.viol.ana vnc.i. aq. hord. vel cichor.ad vnc.iii.m.

Medic.lenitiuum ex cafia nouiffime extr. laudatur quoque fyr. de fucc.viol.vel facch. viol.cum fyr.rof.folut.vel manna diffol. in aqua quinque infuf.rof.perfic. fiquidem in hoc cafu per initia diureticis medicamentis vti non debemus,nec item vehementer calidis,nè concitentur humores infernè.

Illitus ex ol. viol.rof.omphac. ol.fem. cucurb.cum pauco fucc.mandrag.fucc. folani, fuc.plantag.& in vehiculum aliqua portione aceti, Vnguento rofato,& fantal. cum aceto,vel vnguento refrigerante Galeni.

Elect. Rec.fem. mel. vnc.iii. fem.maluæ, fem.portul.fem.papau.fem. lactucæ ana dr.i. facch.albi diffoluti in aq.hord. fufficiente.ex contrita omni materia fecundum artem paretur elect.in offellis,quæ delibet æger mane, & vefperi aqua hordei fuperpota.

Tendente ad fuppurationem vlcere abftinendum à rebus nimium frigidis cautione fcirrhi, qui contrahi poffet in renibus, vel in vefica, quare confultius apprehendenda funt

Fomenta,quæ fint huiufmodi, Rec. chamęm.fænigr.fem.lini,malu.althęæ,caricarum pinguium minutim concif.quantum videbitur:ferueant in hydrelæo,ex quo primum infuccatis mox leuiter expreffis fpongijs vtere

ad

ad digerendam inæqualem intemperiem renum,& vesicæ,quas vtrasque partes triduum inungere possis oleo chamomęl. amyg. dulc. & ol.lilij albi addito aliquoto butyro, & adipe gall.

Cataplas.perficiens suppurationem, Rec. farinæ tritici fol.malu.althææ,fænigr.ana p.i. fermenti vnc.ii.caricas ping.n. i.feruean in aq.sufficiente,donec herbæ mollescant, adde sub finem croci dra.÷ butyri recentis vnc. i. adipis gall.vnc.÷ axung. porcin. vnc.i÷ m. in mortario fiat malagma. est mirabilis virtutis,diu retinēdum in affecto loco, nec plus semel interdiu transmouendum.

Facta suppuratione diuretica prōpta sunto: ex his vero sy.de rad.Gent.sine aceto,syr.capill.ven.& interpellatus sy.de cichor.Nicol.

Aqua decoct.ceterach capill.ven.petrosel, tamaricis cum radicibus.

Syr.magistr. Rec. rad. tamaric.fęnic.apij, petros.cappar.borag.cichor.endiu.an.vnc.i. ceterach,& capil.ven.an.p.i.absynth.p.÷ fl. cord.p.i.ferueant in vi. lib. aq. font.ad consumpt.dimidij,adde sem.maluæ dra.ii.semin. lactucæ,& portulacæ dra.iii.flor.viol.p.ii.fol. senæ orient.vnc.i.rhabar.opt.vigorati subtiliter puluerati dr. ii. expletæ decoctionis fiat expressio fortis,cui addito saccharo sufficienti,fiat syr.longus,de quo mane hauriat ægrotus vnc.iii.

Cum periculum est vlceris,curabis,vt infra

com-

comprehensum est.

Inflammato vesicæ collo sic, vt mistionis fieri nequeat actus, vtere cathetere. quod si sequatur intensior dolor, lenitiua præsto sint ex ol.amyg.dulc. & lactis vsus caprini, vel aqua lacticina seminum melonum, vel aqua decoctæ maluę cum infus.sem.melonum, vel aq.hordei viridis destillata.

Aucta inflammatione, & apostemate consummato, nullus est vsus catheteris: verum sola snperest sectio perinęi inter anum, & testes à latere, declinato cautè medio nerueo cliuo. liberatus est per me fistula quidam Monachus, qui se commingebat vlcere internè patente, & callo coalitum distinente: sed callo tamen excusso non arduo negotio refecta est vnitas.

Ad Gonorrhæam.

MOrbus hic si per multitudinem est seminis, eo modo curetur, ac priapismus Galen. de loc.aff.lib.6.c 11.

Si vero non sit ex multo, necessum est, vt sit ex acri, & tenui; causa verò fluoris acuties sit. nempe cum aquea substantia stat sal, statq; nitrum.

In hypothesi priore fiat venæ sectio dexteri cubiti internæ: quæ sanguinis detractio remittet aliqua parte acrimoniam, quam & alijs rationibus expugnari licebit, & primo

Syr.

Syr. de ſuccis maluæ, violarum, cichorij, endiu. fumar. lupul. adde aq. hord. vel capill. ven. cum emulſione 4. ſem. frigid. maior. tribus, aut quatuor diebus.

Medic. purgans ex caſiæ dra i ÷ pulu. ſem. halicacabi, ſeu veſicariæ ſemin. vtriuſq; maluæ, & glycyrrh. ana dra. i. & ſacch. q. s. vel Rec. mãnæ diſſol. in aq. hordei, & ſacch. viol. ana vnc. iii.

His actis mane per 10. vel 12. dies conſeruæ flor. maluæ, & ſacch. viol commiſtarum ana vnc. i.

Naturalia remedia, quale dicitur Balneoli prope Nyſidam, & Puteolos, quod balneum eſt mirabilis virtutis ad profluuium omne ſiſtendum. cuius apud exteros defectu parari licet Balneum ex aqua dulci incoctis ſimplicibus ad id rei facientibus, qualia per nos multa tradita ſunt ad priapiſmum.

Inunctiones ad renes ex ol. omphac. roſ. ol. viol. ſemin. cucurb. cum exigua portione cum opus fuerit, ſucci mandragoræ, hyoſcyami, ſolani.

Vnguenta, Rec. pulu boli armen. orien. corall. rubr. maſtich. ſanguinis drac. ana dra. i. ol. cydon. maſtich myrtin. roſ. omphac. viol. papau. ana vnc. ÷ pulu. ſantal. omnium ana vnc. ÷ ceræ modicum m fiat vnguentum.

Vſus laminæ plumbeæ, noctu præſertim alligatæ lumbis, at hominis validi, nõ autem delicati, quippe qui non ferat plumbi pondus,

dus,& algorem. Sed delicati ne decubitum supinum accersant effluxum alias, quam par est; expedit, vt his in medio lumborum accomodetur adhærens lintea pila, quæ vetet incubitum dormienti alioquin improuisum, secus linteo suppositas inferiori sufternemus vitulinas, aut caprinas alutas.

Odoramenta etiã adhiberi solent ad nares frequẽtia; quæ per spiritus traductores deuehant infrenãdæ spumæ veneris virtutẽ. eiusmodi sũt sem. viticis, papau. hyoscyami, mãdrag. solani, rutæ, menthæ, semina, vel folia. Sed Caphura prima, ex quibus singulis dr. ÷ contusis colligi licebit in panniculum laxæ texturæ pessarium nodulo colligatum.

Vbi vero semen aduerteris fluidum, ac tenue, sic vt serosum videatur: tum simplicibus incrassantibus, quasi coagulo studeas cõprimere substantiam, quemadmodum per suos sales figunt fluxilia Chymistæ.

Id, quod efficere parati sunt syr. de papau. sy. nymphęæ, syr. viol. sy. myrtill. syr. rosell. sy. gran. dulc. zyzyphor. & de portul. cum aqua nymph. plantag. aut portul.

Medicam. corrob. quale datur in alijs inanitionibus.

Huiusmodi decoctum est myrobal. cheb. citrin. & indor. in aqua plantag. in ea dissol. mannam, vel saccharum viol. adde rhabar. sine spica, infusum in syr. nouem infus. rosl. rubr. paratus est inde potus. à qua leui purgatione

Decoctum succedit spartæ;longe verò diuersum à consuetis,quod Rec. spartæ parillæ concisæ vnc.iii.cort.ligni guaiac.vnc.i. rad. rhapont.vnc.ii.sem.vtriusq; malu.lactu portul.ana dra.ii.fol.senæ orient.cum follic.glycyrrh.vnc.i.sem.rutæ,sem.ag casti ana dra.i: pentaphyll eupator.flor. stæch. lentisci rof. rubr. ana p.i. infusa omnia spatio 24.horarũ in lib.vi.aq.fontis, decoq.secundum artem ad consumpt.duarum part.facta colat. seruetur pro syr.cuius dosis est lib.÷

Fiat item aqua de sparta subditis vtriusq; maluæ semin.dra ii.quod decoctum sumatur 20.diebus.

Quę omnia si non expleuerint votum,erit vtiq; necessarius vsus terebinthinæ hoc modo parandæ.

Rec. Terebinth. lotæ decies ex aqua decoct. glycyrrhizę,radicum malu. & hord. ad singulorum vnc.÷ quæ sic præparata sumatur alternis quibusque diebus semel vsq;adeo vt spatio 10.dierum sit ingesta quinquies.

Interim emanante materia putri spermatica,sunt absorbenda iura confecta ex pedibus veruecinis cum farrib. extremè dissolutis: quæ insculа resorbeantur cum saccharo continenti cursu 15.dierum.

Et perdurante amplius fluore lac offerendũ est capræ, quippe quod maximè suo quasi coagulo seminis liquamentũ mistis alimẽti, medicamẽtiq; viribus belle valet incrassare.

Pseu-

Pseudo gonorrhęæ mananti, cum tentigo est adiuncta molesta;pro symptomate depellendo non sunt auxilia meliora, quam priapismi dudum à me descripta,atque alia quædam in capite de venereæ contagionis gonorrhęa.

Sed turgidulum præpupium,qui angit dolor; irrigationibus tollitur, vel alterantibus frigidis,vt succo plantag aut aqua rosarum: vel lenientibus,ex quibus est ol. amyg. dulc. & ol.sem.lini,& vng.rosatum:vel anodynis, & naturæ affinibus nostræ,vt lacte humano, vel caprino tepentibus.

Impransus autem homo voret semina maluarum condita saccharo secundum artem,nec nō è sem.alchechengi,alias halicacabi cōfectos trochiscos,vt qui acrimoniam temperant humoris.

Ad vlcera renum,& vesicæ.

AQua hord.torrefacti:victus ratio infrigidans,& humectans.

Sectio venæ dexteri cubiti internæ.

Syr.de succ.cichor.fumar.lupul.endiu. cū aquis earundem herbarum exstillatarum.

Medicam. ex syr. D. Augustini viol. ros. incompl.

Item ex manna cum succ.ros.persic.vel

Bolus ex diacath.& conf.Hamech.

Potus aq.mulsæ,& mane rhodomeli.

A me:

A medicamento lac aſin. 20. diebus, & rurſus alteris 20. diebus lac caprinum.

Interpellatis hebdomadis portio caſiæ recenter extr. per ſetam cum pulu. glycyrrhizę, & ſem. vtr. maluæ.

A principio quoque inunctiones ex oleo roſ. omphac. & viol. &c.

Vlcere progrediente, vel non ſaneſcente circa lumbos affricator ol. chamæm. & rurſus progrediente ol. de lumbricis, & de hyperico.

Adſtringentes ſyr. myrtill. de portul. de ribis, de miua cydon.

Electuaria in hunc modum parata, Rec. ſem. melon. vnc. iii. pulu. ſem. vtriuſq; maluæ portul. papau. lapidis hæmatitis ana dr. i ſacchari albi diſſol. in aq. portul. ſufficienti fiant elect. in offellis, quibus vtitor ſummo mane ex aq. acetoſeliæ.

Pro potu aq. ciſtern. chalibeata, cibiq; adſtringentes.

Si vlcus in fundo ſit veſicæ, lauacrum ex decoctione hord. cum cort malu. & viol. cuius portioni admiſce ſemina melon. bene tritorum, vt omnia concorporata præſeferãt formam lactis.

Iniectiones per ſyphorem frequentes ex lacte capriuo primum, mox aſinino.

Balneũ ex chamæm. melil. ſęnigr. ſem. lini malu. & althęæ viol. hord. mundi ana p. i. ferueant in hydrelęo fiant fomenta, & in ipſo de-

decocto laua pudenda,& testes magis autem proficient Balnea cantharelli, vel Balneoli naturalia per spongias adhibita, vel lauacro.

Aliæ per syphonem iniectiones, ex aqua plantag. rosarum rubrarum,& myrti, in qua bullierint pulu. corall. rubr. mastich. boli armen. orient. sanguinis draconis.

Mane,& sero alchechengi semina saccharo condita.

Syr.& aqua ex china parata, vt moris est.

Et puluis interim terebinthinæ claræ ad vnc.÷ ex multa aq. portione decocta, quēadmodum enarrauit Valerius Cordus in Dispensatorij fine.

Ad retentionem menstruorum.

SEctio saphenæ dexteri pedis repetita bis pro iudicio medentis, at parca.

Syr. aperientes de radic. Gentilis sine aceto, capill. ven. & rhodom. cum aq. ceterach, aut radicum brusci, quæ præcipua est.

Medicam. aperiens, Rec. flor. cord. p. i sen. orient. vnc.÷ agar. troch. dra. i. fiat decoct. in aq. capill. ven.& in colat. dissol. syr. ros. solut. vnc. iiii syr. de cichor. Nicol. cum duplicato rhab. dra. iiii. Diaphęn. vnc.÷ m.

Inunctiones ad pubem, & vteri regionem ex oleis vtr. lil. oleo cappar oleo de absynth. vtr. amygd. ana dra. i. ladani tenuissime triti vnc.÷ olei namphæ vnc. i÷ m.

Fri-

Frictio mane,& vesperi femoribus,& cruribus interioribus, mox cucurbitulæ applicandæ;partibus item interioribus coxarum.

Pupatella ex saccharo rubro, & tragacantha constrictis in lintea petiola rara, de qua dependeat filum prælongum, quo nodulus ol. amygd. dulc. vel sesamino, vel namphæ intinctus immittatur,& adigatur in intima penetralia matricis,adeò vt incidat in vacuitatem ipsius

Pupatellæ valentiores ex folijs mercurialis,& maluæ cum pauco croco.& adipe gallinæ parandæ,& administrandæ modo, & ratione,qua dictum est nuper

Pupatellæ aliæ valetiores ex granis zibetti.

Pupatellæ valentissimæ.cum his prædictis adijcitur momentum viridis æris,vel exigua portio retrimenti,seu rasuræ cyclam. duobus ante diebus infusi in oleo recenter expresso ex amyg.dulc.Verum vbi suppressionis causa fuerit multa crassities humoris pituitosi; Galenus vsus est hellebori nigri tantillo,quod fuerit antea remollitũ:nos infundimus prius in oleo amygd.dulc. qui quidem omnes pessarij sic sunt egregiè præstantes, vt vsque fœtum mortuum,& secundinas in vtero relictas extrudere valeant.

Electuaria,Rec.sem. melon. vnc.iii. pulu. glycyrrh.trochisc.de eupat.& de rhabar. ana dra.ii.sacchari albi dissoluti in aqua capill. ven.q.s.misce fiant offellæ, delibet ægrota

O vnc.

vnc.÷ aut vnc.i.ex aq.capill.ven.& modica aqua namphæ.

Syr.dicti magistrales, Rec. rad. aut fol.fœnic.apij,petros.capp.borag.cichor.endiu.capill.ven.ceterach arthemys. matric. & mercurial.ana m.i.eupator.dra.iiii.fol.sen.orien. vnc.i.glycyrrhizæ modicum cont. vnc.i. absynth.cymar.dr.i.fiat infus.& dec. secundum artem in lib.vi.aq.font ad consump.dimidij; adde sub finem rhab.vigor. subtiliter cõtriti dra. ii. colatura fiat cum forti expressione materia condiatur saccharo sufficienti,vt fiat syr.longus,cuius dosis vnc.4. aut 6.

Potus ex aq.capill.ven.vel ex aqua decoctionis modicæ glycyrrh.cum rad.tamaricis, siue myricæ,& radic petrosel. ceterach, & capill.ven.vel

Vinum toleretur absynthite mane ad vnc. iii.vel iiii. vel infusum rhabar.in aq.capill. vener.etiam tempore matutino, vel quæ eadem est materia,varius modus.

Rhabar. micam ad dra. ii. dentibus attritam demittat in stomachum, mox vini albi generosi superbibat haustum vnum.

Spartæ parill.decoctum cum his,quæ recipere consueuerunt syr.magistrales ante descripti.

Ad

Ad Profluuium mensium.

SEctio venæ dexteri cubiti internæ bis, & ter fortassis in pleniusculis repetita.

Syr. infrigidantes myrtinus, de acetos. de portul. de infus. ros arid. & miua cydon. cum aqua portulacæ acetosellæ, & nymphęæ.

Medicamē. consentiente profluuij clemētia sit tale.

Rec. thamar. vnc. ÷ cortic. myrob. chebul. citrin. & ind ana dra. ii. fiat decoct. in aqua plantag. & in colat. d. sol. mannæ elect. corp. vel sacch. viol. vnc. iii. rhabar. opt. sine spica infusi in vnc. iii. succ. ros. rubr. & non colati: misce fiat potus.

Quo medicamento non conducente sit aliud, & tale, Rec. rhabarb. torrefacti subtil. puluerati dr. iiii. cum sacch. ros rubr. vnc. iii. mulier assumito mane, quatuor ab hinc horis, aut quinque pransura.

Repetitio sectionis nunc dexteri, nunc sinistri brachij venarū, pauca semper eductione pro retrahendo sanguine.

Cibi incrassantes, ex quo numero sunt capita, & pedes, cerebella, & partes exangues animantium.

Potus aquę chalibeatę, & de cisternis haustæ, seu recenter, seu iamdiu cœlitus lapsæ, quibus incoctæ sint myrob. cheb. belliricæ, citrinæ, & indæ: quas ipsas pro libito præ-

dat prandio, atque cœna.

Carnes omnes, & gallinaceæ in eadem aqua cisternæ coquuntur.

Torticia, quasi tripta dicta grecè, quæ & vulgo pista dicuntur, cum seminib. papaueris, aut portulacæ, aut lactucæ.

Tabellæ, Rec. sacchari rosf. rubr. incompl. vnc.iii. pulu. boli arm. orient. corall. rubr. & lapid. hęmat. ana dra.i. sacchari albi dissoluti in aqua rosar. rubr. aut. acetos. sufficienti, fiant electuar. in offellis.

Quibus vtitur summo mane ex aqua acetos. vel plantag. vel portul. vel nymphęæ.

Syr. ante cibatum, Rec. syr. myrtini, de sorbis immaturis ana vnc.i ÷ pulu. troch. de carabe, & de spodio ana dra.i. misce.

Possumus item immiscere syrupis pulu. boli arm. orient. terræ sigill. ana dra.i. ex quo possumus propinare duo cochlearia ꝓximè ante prandium, & cœnam.

Frictiones, & ligaturæ in bracchiis, & digitis.

Cucurbitulæ apponendæ in spatulis, & lübis, & sub mammis vtriusque lateris.

Inunctiones ad vterũ, & circa partes ventris, & ad renum regionem ad hunc modum compositæ.

Rec. ol. myrtini, & mastich. an. vnc. i. pulu. boli arm. orient. terræ sigill. ana dra.i ÷ ceræ modicum, misce, fiat vng.

Item vnguẽtum Comitissę, & santalorum.

Po-

Poteſt etiam apponi candidum oui cum cinere chartæ, vel craſſiſſimæ araneæ telę ad regionem renum.

Item aliud, quod vel ipſum fętum, retinet quam validiſſimè.

Rec. chartæ vſtæ, ſanguinis dracon. boli arm.orient.corall.rubr.& cortic.caſtan. myrob.citrin.indar. & chebul. myrtill. terræ ſigill. maſtich. roſ.rubr.ana dra.i÷ terebinth. q.ſ.m.ſuper igne ſecundum artem,deduc. ad formam empl. adde modicum viſci querni, & picis nauticæ,quod extenditur in aluta,vel in tela noua per rudiculã emplaſt.quod ſit bipartitũ,vt ſpinalis medulla libera remaneat.

Suffitus ipſam quoq; vuluam adſtringentes,Rec.balauſt.malicor.pomorum cupreſſi; cortic.nucum pinearum , omnia craſſo modo cõterantur.adde myrt. roſ. immaturarum ana p. i. plantag. verbaſci , frondium myrt. portul.acetoſ.ana p.i.÷ ſubcoquantur igne lento in vino rubro craſſo ſufficiente,ſuffitus materia ſpongijs accepta , fiant infimo ventre fomenta.

Peſſarium, ſeu pupatellæ. Rec.boli arm. orient.terræ ſigill.ana dra.i. infundantur in tela rara,factuſque pendulo filo nodulus, & oleo myrtino tinctus,in vteri profundum intrudatur.

Peſſarium item delibutum vnguento comitiſſæ,intra, & extra intinctum pulueribus maſtiches,corall.rubror.& boli arm. orient.

immiſſum in vuluā ſic ipſam adſtringit vehementèr,vt hoc adiuta mulier corrupta virginitatem ementiri poſſe credatur.

Poſtremò lac caprinum chalibeatū coagulatricem alendo vim in sāguine relinquit.

Ad profluuium alui.

SEctio internæ venæ dexteri cubiti ad reuulſionem facit.

Syr.refrigerantes,& adſtringentes obſiſtēt bili,quæ ſtimulus eſt præcipitis huiuſce defluxionis.hi ſunt ſyr. de nymphęa , de ſucco myrtillorum,de ſucco acetoſæ, de papauere, de infuſ.roſar.rubrar. immaturarum, ſyr.de ſorbis etiam immaturis , ſyr.de ſucco aurantiorum acidulorum,de agreſta , & ſi qui ſunt alij cum aquis nymphęæ,plantag.portulacæ, ſtellariæ,ſolani.

Medicam.firmans, Rec.ſyr.de v infuſ. roſ. rubr.Diapruni nō laxatiui D. Nicol. vnc.÷ rhabarb.opt. infuſi in ſucco roſ. rubrarum non colati dra.ii.aquæ acetoſellæ modicum, vtere in potum.

Item Fotus abdomine inferiore,& regione lumb ex aq.pluuia aceto roſato tincta.

Item lac aſininum dies. 20. & rurſus per alios totidem lac caprinum quaſi coagulat purum vtrumq; fluxionem illam albam . .

Item vſus coaguli leporini,vel hædini diſſolutorum ex aqua plantag.calida, quod cō-

men-

mendatur à Galen.5.simplic. medicamen facult. 18.præstans quippe medicamentum expertus in curanda Boethi vxore, vt perhibuit lib.de præsagit.ad Posthu.

Quibus non eleuantibus, non abijcienda spes est in Philon. Romano dissoluto in succo plantaginis, aut in Philonio Persico, vel Triph. magna singulis offerendis põdere triũ drachmarum in aqua stellariæ, vel rubro vino.

A balneis naturalibus abstinendum equidem putarim, vt quæ necessario suo productiore vsu subrefrigeratum, & hydropicum affectum inducere valerent.

Ad procidentiam vteri.

CLysteres potissima parte diuretici, ita vt crassa attenuent, flatus discutiant.

Linimenta ad vterum ex pannis intinctis in ol.rosf.omphac. vel myrtino, vel vnguento Comitissæ delibutis.

Fomẽta præparantia repositionis actus ex parietar. mercurial. seminibus lini, caricis pinguibus, beta, & quat.anodynis sollemnibus decoctis in hydrelęo, & ex decocto spongijs leuiter expressis, & ad elapsum vteri collum admotis eo consilio, quo remollita pars obstetricis adminiculantis manu facile reducatur, genubus præsertim & feminibus supinæ laborantis altè sublatis.

Fomenta verò conseruantia repositionem

parentur hæc. malic. balaust. pomorum, cupress. rosar. rubr. plantag. & myrt. ana drach. i. ferueant in vino rubro. ex linteo panno vel spongia fiat fotus creber in collo vteri, & in pube.

Pessariū ex lana inuolutum linteo tenuissimo, madefactum ol. myrt. & cydon. insperso desuper puluere boli Armeniæ Orient. corall. rubr. & sangu. dracon. myrtill. & rosell. rubr. ligatum filo dependeat ex collo vuluæ subditum in intima pessarium.

Deindè affigatur cucurbitula magna pubi, aut circa vmbilicum. sed ligamentis debilitatis agglutinandæ sunt cucurbitæ renibus, qui sunt inungendi linimentis expositis in nimia sanguinis inanitione ab vtero.

Suffitus, & odoramenta fœtida circa partem inferiorem, cuius generis sunt animantium pelles, & tali cremati, assa fœtida, & huiusmodi: contra verò à superioribus quęlibet odoramenta.

Empl. ex tachamach. circa vmbilicum, forma circulari quod extendatur in pannum rubrum in medio perforatum, vt vmbilicus liber sit emplasto.

Sectio venæ dexteri cubiti repetenda condenter, vbi sit humorum copia.

Syr. astringentes, & medicamentum compressiuum, vt in profluuio mensiū præceptum fuit.

Ad strangulationem vteri.

STrangulationi uteri animi deliquio coniunctæ primum occurre suppositorijs ex ruta, vel ex allio, vel fico imbuta nitro, vel contrito sale gemmeo resperso.

Frictiones cruribus, & vtrique fęmori duriores.

Cucurbitulæ verò coxis.

Oleum rutaceum, aut contusæ rutę succus ab ostetrice diligente per syphonem infundendus in vteri caua, vel chamęmeli, vel anethi ol. vel namphę liquor immittendus est iniectione, Galen.6.de loc.aff.c.5.

Pessaria ex odoratis, qualia sunt crocus ambarum, moschus, zibettum ex adipe gallinæ.

Cucurbita ampla pubi, vel lateris mollitudini conglutinanda. Solennis vsu rei consultæ fœminæ nostrates matulam substituunt medicinali cucurbitæ, qua vsus est, aut rectius, vtendum voluit Galen. in 13. methodi therapeut. sub F.

Suffitus rerũ insuauis ad histericæ nares vel pcuratus, vel illigatus vetustissimus est ab Hippocrat. & Gynæcion dictatorib. indicatus ex pẽnis, inquam, bipedum, ex cornubus, vnguib. & talis, & veteramentis omnibus igni coniectis.

Odoramenta castorij, vel sinapis in aceto tinct orũ, itemq. allia munda, vel fomes, & ca-

pis-

pillamenta cęparum mandenda.

Sternutatoria ex trito pipere, nigella, & staphi. agria.

Syr. seu condita de stęchad. & syr. de infus. rosf. rubr. cum triti castorij drachmę pondo.

Vomitus erumpi commodum, vel immissis in fauces digitis oleo tinctis, vel pennis, vel antiquorum loro, cuius meminit Scribonius in cōp. 180. & Cl. Castellus in emetice.

Sunt & eo casu, quo suscitetur consternatæ fæminæ sensus, ex vsu vociferationes, & fragores ad aures intenti, ad nares verò ellychnij restinctus, & sulphuris accensi proximus halitus conducibilis est.

Hæc, si strangulatio præceps fiat. sed quoniam non est ita semper acuta, cum cunctantior est, maturamque prouisionem permittit;

Clyster. paratus esto ex capite veruecino cū discussorijs, quæ sunt fęnic. alliorū triuinctæ, paleæ, carycæ pingues, mel despumatum in iure vetueeini capitis elixati, saccharum rubrū in prędicto iure. Infusi forma est hæc, R. ol. amygd. dulc. recenter expressi. vnc. iii. olei anethini, vel quod eiusdē est prope qualitatis, ol. chamęm. ana drach. ii. mell. despum. vnc. iii. diaphęn. & hierę picræ ana drach ÷ cum decoct. diuretico misce.

Sectio saphenæ dexteri pedis, siq. vires cōsentiant, inculcanda secundo, & altero pede.

Syr. incidentes de trib. radicib. Gentilis sine aceto, syr. cap. Ven. ana drach. i. aquæ fæ-

nic & ceterac.ana drach i.

Medicam.pillul.recip.Agar. & Rhab. vigorati pill. aggreg.ana drach.1. form.pill.7.

Medicam.forma potab.rec.fol.senę orien. drach.3. ÷agarici troch.31. fiat decoct. in aq.fęnic.in colatura suffic.diss.syr.rof.vn iiii. syr. de cichor. Nicol. drach.iii. Diaphæ. dræc. ÷ m.& fiat potus.

Iam verò si vulgo strangulatus causam agnoscat mensium suppressorũ, balnea probauerim,& ea,quæ decreuimus in curatione morantium menstruorum:si verò ex seminis cohibitione,remediis vtemur,quæ proposuimus aduersus priapismum.

Ad Molam vteri.

QVandoquidem & menses, & molæ genere comprehenduntur alienæ materiæ, quam vtramq.retineri perniciosum est: communis autem locus est vterus; communis ex hoc vno scopus est euacuandi & cõmunia medicamentorum genera sun,t aperiendi,atq. extrahendi.

*C*lysteres itaque sint acręs,& acuti ad hũc modum.Recip.elect. de succo rof. & diaphę. ana drach.÷ ol.rutac.chamęmel.& mell.despum.ana drach.iii. cum decoct. diuretica. fiat enema.

Syr.aperientes,& incidentes.Recip.syr.de radicib.bizantin.& oxym.ana drach. ÷ aqu.

cap.

cap. Ven. drach. iii.

Medicam. in forma pillul. recip. pil. aggregat. pil fœtid. Agar. troch. ana drach. ii. form. pil. num. 7. cum succo rad. Iridis mox tribus ab hinc horis

Recip. syr. rof. folut. & de cichor. Nicol. ana drach. ii. cum aq. cap. Vener. pauca dofis esto pro ratione.

Catharticum medicamentum potabile. Recip. agar. troch. & fol. sen. ana drach. ÷ flo. cord Arthemys. capil. Ven. & ceterac. ana p. i. glycyrrh. mund. modicum contusæ drac. ii. fiat decoct. in aq. capil. Ven. in colat diss. syr. de cichor. Nicol. drag. iii. Rhab. vigorati drac. ii. infusi in drac. iii suc. rof. persic. colati, & expressi. Diaph drac. ÷ fiat potus.

Insessiones balnei arte parati. Recipe Arthemys. matricar. pule. orig. sabinæ absynth. & 4. anodyn. ana p. i. ferueant in hydrelęo, fiat vsq ad vmbilicum insessio.

Balnea verò naturalia sunt Puteolis saluiati, & in suffitus ibidem est sulphataria, quæ suo si loco non liceat capi, tum artificiale sulphurabulum substituetur ex accensa domi, & in suffitus in angusto conclaui materia.

Inunctiones calidæ. Recip. ol. vtr. lilii, de cappar. de absynth. vtrarumq. amygd. & vng. de cyclamine ana drac i. Ladani, ammoniaci, & Bdell. vnc. ÷ ceræ modicum secundum art. elaboratum, igne fiat vnguentum.

Suppositoria qualia parari voluimus in cu-

rán-

randa vteri præfocatione.

Trochisc.de myrrha contritus, vel pulu.è cassiæ fistularis cortice pondo drachmæ potione haustus.

Syr.magist.syr.de sparta parilia.

Pessaria, seu pupatellæ elect.potiones, inūctiones, frictiones, cucurbitulæ, & aliæ medelæ, quæ suppressis mensibus educendis ordinatæ fuere.

Ad sterilitatem.

IN materia frigida syr. præp. & incid.de cort.citr.de pom.rhodom.zuccar. ana vnc. ÷ aq.beton.vel fęnic.vnc.iii.m.

Medicam.purgans. Recip. Agar. trochisc. drac.i.epith.drach.ii.glycyrrh. ruditer cont. vnc. ÷ flor.cord p.i.decoq.in aqu.beton.vel melis.in colat.dis.syr. D.Aug.vn. ÷ rhabarb. vigor.drach.i. ÷ infus. in vnc.iii. succi rosar. persic.col.& expr.diaphęn.vnc. ÷ m.fiat potus.

Fotibus vtitor calidis, vel partium infern. vel colli vteri, vel ipsiusmet ex cinnamom. maci, caryophyl.thur.cort.cas.zibet.&thymi, calami aromat vel hoc modo.

Recip. Arthemys.puleg. orig fl. chamęm. fænig.sabin.flor.stęchad.sampſ.beto. ana p.i. ferueant in hydrelęo, decocto spongijs accepto, pubem, vel collum vteri crebro foueto.

Inunctiones. Recip.ol.costin.& irin. & ol. de spica, de absynth. ana vnc.i. illine renes, ac pubem.

Item

Item ol. lacrymæ, ſeu primæ expreſſionis nucis moſchatæ cū modico zibet. vel modicum zibet. vel moſchi diſſolutū aq. namph.

Peſſarium ex coagulo leporis cum aliqua portiuncula ziberti.

Conſ. &.diambræ dulcis ad drac.i.diaſatyrion ex vino albo ſpirituoſo, quod ſæpè hauſtum multum in hanc vim conducit.

Decoctum ſpartæ pariliæ cum ſimplicib. quæ deſcripſimus aduerſus ſuppreſſionem menſium vſitandum 20.diebus,& his exactis deſcendat ad balnea Saluiati.

Balanus, ſiuè ſuppoſitoriū ex nuclei vnius allii modica portione. In materia calida ſanguinis emiſſio, prima eſt, quæ calorem ſeminis exuſtiuum remittat, atque modificet. in fæminis igitur tentanda ſaphena, in viris verò vel vena brachii, vel vena ſiniſtri pedis.

ſyr. infrig.de ſuc.cichor.de borag. endiu. ana vnc. ÷ aq.lupul. vnc.iii.m.

Medicam.ex manna diſſolut. in ſuc.roſar. perſic.vel ex caſſ.recent.extracta.

Topica medic.& primò inunctiones ex ol. roſ.omphac.ol.viol.& ol amygd. dulc. circa pubem,& renes. vel renes illine vng.roſato, vel ceroto refrigerante Galeni.

Peſſaria vteri ex fol.maluæ,& altheę, adipe gallinæ, & ſaccharo rubr. contuſis omnibus, & in tela rara collectis dependente filo, quā pupatellam à noſtris dictam,& ol.amyg.dul. intinctam immitte in vteri ſinū.In collū verò

vte-

vteri infundentur commodè lauacra ex lacte caprino, vel asinino.

Elect.sem.comm.frig.maior.vnc.iiii.pulu. sem.malu.papau.portul.ana drach.i. pul.glycyrrh. pro vehiculo medicamenti drag.iiii. facch.albi dissol.in aq.cord.q.s.m.& fiat electuar.

Si contigerit exteri, vel conteri pelliculam penis virilis calore vteri complectentis: vtrūque prolue succ.lactuc. plantag.mandragor. solani, quandoq.& hyoscyami. porrò solida quædam vteri collo dolēti non ita percommodè, neque ita boni cōsulente fæmella possūt adaptari; liquidiora rectè in caua quæcūq. dictatione, ac lege curationis insinuantur.

Inter frigida verò, quæ demitti queant in vuluam, optimus expressus è viridi plantagine suc.aqu.ros. albar. associatus, vel tum ex rosis, tū è plantagine stillatitiæ recētes aquę, quibus in omnibus appellendis medelis, ne dubites tamē de impediendo conceptu quicquam.

In materia humida syrup. rhodom.zuc.de stęch.de infus.ros.ana vn.÷ aq.beton.vn.iii.

Medicam.Rec.syr.ros.sol.vnc.iii. D.Aug. tantumdem, confect. Hamech. vnc. ÷ cum aq.fęn. pauca.

Decoctum ligni Guaiacini quotidie 20.aut 30 diebus assumendum.

Medicamentum paulò ante notatum aliqua interposita quiete ab vsu decocti resumendum.

Baln.

Baln.artificiale. Rec.malicor.balaust.pomor.cupressi,myrt.verbasci,rosar.rubr.ana p.1.cort.pomor.pineor.p.1. serueant in vino rubro, & ex hoc expressis spongijs vterum foue sæpè. Insessiones vsq.renes,ex simplicib. vtero roborando, & semini virili vegetando valentibus administrandæ.

Illitus circa renes, & pubem ex ol. vehementiorib. & acutiorib. è quibus est,quod. Rec.ol.de hyperic.rutac. mastich. vulpin. de spic.ana vnc.1.bdell.sagapen.ana vn.÷ materiam omnem ex aliqua portione ceræ reduc ad formam vnguenti.

Pessaria,seu noduli adstringentes. Recipe pulu.bol.Armen.orient. mastich coral.rubr. & myrt.ana drac.iii. ÷in pãniculo raro collecta,& mox ol.myrtil.tincta demitte ad vteri ceruicem.

Locus sulphureus natura,qualis est Puteolis altiore colle,superfluitates reficcando mirificè conducit:quo cum non licet vti,tum in angusto conclaui sulphur in calidis fauillis accende nitrosum excipe fumum ore lato caput mantili circumtectus.

Si fomes sit siccitate vitiosus, vtitor sæpè cassiæ bolo,mox iuribus pulli consumpti,in quo fuerint incocta farra, & hord.mundum cum pedibus veruecis, viginti cõtinuos dies mane.

Decoctum radicis chinæ 12.dies.

Balnea dicta ex aq dul.calidiuscula,vel te-

pi-

dida: contecto tamen vtero, & vndique conclufo. & cautè feruato, ne naturalis aquæ frigiditate labefactetur.

Inunctiones partium externarum, vtporè lumborum ex ol. de cucurb. ol. viol. ol. papau. ol. amygd. dulc. recenti, vel confimili ad humectandum bellè valente.

Pupatella ex gūmi tragacāth. fingulari, vel cum facch. albo, feu rubro, & guttis aliquot amyg dulc.

In caufa flatuofa commendat Galen. 9. de fimpl. medicam fac. cap. 10. crebrum refumi agar. ex vino albo odorat fed nō omiffo prius Medicamento purgante, quod in frigidis pituitofis, & crudis affectibus nobis eft folamen.

Infeffiones, vel fotiones. Rec. anod. omniū fęnicul. apij, petrof. ana pug. i. caric. pingues num. i . fem. anyf. & rutæ ana drach. iiii. ferueant in aq. font. fuffic. & vini albi boni fub decuplo: quibus vti poffit homo, & per infeffum, & per fotum.

Inunctiones ol. chamęm. ol. cappar. ol. de abfynth. ana part. æqual.

Peffāriū ex modica portione hellebori nigri mad dati in ol. namphę, vel amyg. dulc.

Præftat item ad flatum difcutiendum, & ad fætum mortuum educendum pupatella ex modica cyclaminis portione.

Iura ex pullis columborum concifis, & cōtritis cum totis offibus, & cum ciceribus ru-

bris,& cum radic. fœnic. & radic. petrosel. & cum exiguo croco concoctis in aq. suffic. ad dissolutionem carnium ab ossibus extremã.

Materiæ fiet expressio forti manu, quam resorbendam offer mane. iuscula repetantur continuos 15. dies. iterum flatibus emundabis,& inertem aluum liberabis.

Elect. quod. ℞. testes vulpis,& testes leporis, & cerui, capri sylu. sing. num. ii. coagulum leporis dimidiũ. elixa materia in suf. portio. n̄e aquæ namphæ. tritis omnibus impone nucleor. pineor. vnc. iiii. cum purissimo sacc. & aliquot guttis aquæ stillaticia ex optima cannella. fiant electuaria turundarum, aut tessellarum forma.

Similia pineis sunt pistac. quapropter hæc cum illis commutari licet.

Si verò non concipiente fœmella, id vitio fiat penis non attingentis vteri fundum, consulunt Aetius,& Mercurialis, vt postica sit in grum naturalem seminis eiaculatio.

Abortus curatio.

SIquidem hic affectus ortũ habet ab vtero, tum id fit, vel quia pinguis, vel quia gracilis. Et rursus pinguedo vel per sanguinẽ est, vel per crassa excrementa. sang[uin]is igitur cum humiditate cõiunctus est supp[o]ne[n]dus.

Itaq. materia præsente humida, sectio v[e]næ dexteri cubiti: nimirum hæc in m[u]l[ier]is fœmel-

mellis sanguine redundantibus impedimentum abstulit concipiendi.

Syr. firmantes, & adstringendi vim habentes fuerint syr. de myrt. bac deq; ribes acinis, de acetos. de portul. de sorb. de aurantior. acidulor. suc.

Vina rubra, & austera.

Cibi sint assi, vel partium in animantibus extremarum elixat. e fructibus acida punica, cerasia, aurãtia, limonia, omphacia, cydonia, coryli, mespili, sorba, myrt. spartæ pariliæ decoctum superfluitates exprimendo constringit.

Inunctiones calefactiuæ vteri ex ol laurin. costin. absynth. frigidiores verò rosac. omph. cydon. lumbricatũ, quibus omnibus pro opportunitate delinies & lumbos, & pubem.

Syr. matutini pręter antea memoratos, syr. de beton. de cort. citr. de stæchad. rhodomel. simpl. ex sacch.

Sed vteri gracilitati occurre per torticia, perq; iura pulli, vt vulgo dicunt consummati. Verum vt horũm humidum substantiale longe amplius conserues, parata in balneo Mariæ, vocata nihilominus in sicco, idest sine aquæ additione, qua ratione fiunt & iura in sicco cum depleta plurima, quę restat, aqua in minore recoquitur vase, & rursus exhausta recoqtur in multo minore olla, & deinceps: coniectis interim herbis, & fructibus adstringentibus iam expositis.

Alia series syruporum ante cibum humect. syr.de borag.myrt. viol.papau.nymph.syr.de pom & alij syr. dulciduli saporis omnes.

Hæc vbi abortus inducitur veteri vitio,sed in huius quidem imbecillitate primū est balneū ex aq.Gocciȩ falsò Docciȩ,quod paratur hoc modo. rec.Balnearis aq & aq. myrt.ana libr.1. calefacta degusto vase superiore decidet modo in renem dexterum, modo in sinistrum.vel defectu balnei naturalis supplemus arte nostrum,quod rec.malicor.balaust. fol. myrt.& rof.rub.plantag.pomor.cupressi.portul herbæ acetosæ,gallar.cortic.pineor.ana p.i. ferueant in aqua sufficienti cisternæ, & aceto pauco rosato.guttatim ex eodem vase superně posito, vel alio artefacto decidat aqua calidiuscula,quo medicamenti penetret vis profundè.

Emplast.ad firmandum vterum.Rec.pulu. bol.armen.orient.corall.rubr. mastich. thur. myrt.rosel.rubr.baccar.lētisci cortic.myrob. chebul citrin.& ind.cort.castan.intern.pom. cupressi,gallar.minutular,ana part.ęqu.resin. terebinth. & resinæ pinus quantum artifici perito videbitur,qui materiam igne deducat ad emplasti formam, quod imponatur aluta distentum panniculo subtili medio crebriusculè forato, ne lumbi percalescant, vel hos vnguento illine Comitissæ, in delicatis verò femellis ternis præsertim mensibus crustam imponunt aniculę papyrum conquassato oui

can-

candido exceptam.

Si periculum formidetur abortus, fætuli lãguidioris ergo, matris vmbilico da fotus ex carne vaccina prunis affata, & ita calida irrorata, ac calido item vernacio vino caryophyllor. & cinnamom. puiu. conſperſa.

Sunt & liquida fomenta. Rec. vtriuſq. mẽthæ roſ. rubr. cortic. & frond. citr. ana p. i. caryoph. & cinnam. ana drac. ii. omnia craſſiuſculè terantur, & incoquantur vino ſpirituoſo: expreſſis ſpongijs latis vteri foue regionem.

Item circa vterum applicãda olea ex maſtich. de ſpica, & nuc. moſch. vnguento Comitiſſæ.

Syr. reſorbendi ante prandium præter ſuperius annotatos de inſuſ. roſ. rubr. de cortic. citr. de pom. cum iulep. cinnam.

Si conſuetus aliàs fieri ſit abortus ex immodica ſanguinis inanitione: præſto ſint ea præſidia, quæ paulo ante notauimus aduerſus nimiam ſanguinis profuſionem.

Si laxata ſint vteri vaſa, corruptaq. temperies ab vna contagij venerei, quæ à tota ſubſtãtia dicitur, cauſa: tum qa nil operæ præſtare valemus: ad partus vſq. repurgationes propriæ curationi ſuperſedebimus: quamquam doloribus vrgentibus per veſanam luem coactus eris inito iã quarto, & toto intra ſextum interuallo clementiori non parcere medelæ. Si verò diſcrimen interminetur febris mali.

ligna, fenum, & præceptorum meorum non illaudatus fuit, mox & sanguinis tentare misſiones, & medicamentis catharticis citra nonum vti compreſſiuis.

In difficultatem partus.

NOno menſe verentes nos partus difficultatem præſcribere debemus tenuem victum, ne nimio prægrauetur fætus.

Iura pulli concoquendo reſoluti, quod vulgò conſummatum vocant.

Sorbitiones ol.amyg.dulc. recentis pondo vnc. ÷ cum aliqua portione ſacch.rubri, reſorbendæ quotidie ſummo mane.

Inunctiones ad vterum ſingulis diebus faciendæ ex ol.amygd.dulc. & ſeſamino, quod poſterius educit & fætum mirificè, quæ & ſub partum, & ipſo connixus extremi puncto digitis primoribus oſtetricis in vterum immiſſis ſunt factitandæ.

Obſeruationes alias leges apud Galen. 3. de natur.facult cap.3. Adde & hanc cautionem, ne oſtetrices nimio contrectatu, & dilaneinatu debilitent matricem in opere iſto laborioſo.

Aliæ vnctiones peropportunæ ſunt ex butyro vel ſolo, vel reſoluto ad calidas cinerum fauillas cum ol amyg.dulc. recent. addito ſi velis, & ſacch.rubro.

Sternutatoria quoq; commendãtur, ſi fætu-

turæ fæminæ non sit imbecille caput.

Solent & in difficili partu laboranti fæminæ præbere vinum annosum, aut aq.namph. in qua sit infusus fimus falconis, aut accipitris tenuissimè contritus.

Vtriusque vero loco fuerit puluis ex cort. cassiæ fistularis in vtrouelit etiam liquore sorbendus.

Fomenta fiant ad vmbilicũ, quippe quod ad vterum impressa, maturo iam fætui possent incommodare.tãtum infimis loculis tuto potest hydrelęum administrari,quod recip. arthemys.origa.puleg.mercu.pariet.flor.chamem.matric.& sabin.ana p.1.ex decocto expressis spongijs ad pubem vtitor.

Redacto fætu ad commodissimum suum locum, vbi iam fætanti quieuit insolentia doloris, ad extremum enitenti frugiferum irritamentum erit.

Suppositoria salis gemmei madefacti in ol. amyg.dulc.vel tincti felle apri, vel suis,vt quę tentigine facultatem valent incitare.

Verum proh dolor? forte fortuna mortuo fætu, labor alius est detrudendi, matris ergo, ne succumbat festinæ putredini, sic trochisc. de myrrha pondo drag. i. aut eodem pondo cort.cassiæ fistul. aut rhabarb tenuissimè cõtrita solemnia sunt omnia. necnon explorato per tres obstetrices infantis extincti casu:

Fomenta non sunt omittenda, qualia fuetunt ad molam extrudendam enarrata.

Inunctiones valentiores ad locum vtero incumbentem ex ol.de cappar. ol.de absynt. vel commisto suc.cyclam.& trochis. de myrrha per pistillum in mortario infriatis.

Semina filicis ore pota fætũ educunt mortuum,eripiunt viuum.sed nil præstãtius scrupulis 2. argenti viui, de quo Matthiol.cum non potest educi fætus. Quibus nil proficiẽtibus extremæ,& præiudicatę efficacitatis est embryotome, idest præsectoria fætus in vtero mortui chirurgia, de qua Franciscus Russetus in lib.de fætu Cęsario, Pareus, & Pigreus & qui non scriptores chirurgi?quam ipse etiã cum laude feci Neap. in Castro nouo super vxore Magistri Horatij opificis scloppettarij.

Ad inflammationem, & exulcerationem vteri.

PEr Galen.com.23.aphor. 41. sectio fit internæ dexteri cubiti venæ ex altero brachio repetẽda, non abeunte dolore.mox autem non sedata molestia,bis facta reuulsione tentanda deriuatio rursus est insectione saphenæ:constante tamen facultate vitali.

Porro vult etiam incidi Galenus pro deriuatione, non autem pro reuulsione 13. method.med. cap.2. & libr.de curat. per sang. mis.cap.18.

Syr.refrigerantes,& reprimentes,ne putredo proserpat in abdito vteri conclaui, sunt è

sue-

ſucco fumariæ, plantag. endiu. portul. glycyrrh. viol. & roſ. cum aqua nymphęæ, hordei, c ch. lupul. glycyrrh. quæ conſulit & cõtiguæ veſicæ. Acida vitanda aut aq. aut ſyrupi, vlcerum obledendorum metu.

Medicam. purgans lenitiuum & attemperatiuum ex manna, vel ſaccharo violato diſſoluto in ſucc. roſ. perſic. vel caſſ. diſſol. in iure pulli, vel in forma boli cum Diacath. vt ſit potius euacuatio per aluum, quam per renes, & horum vias.

Inunctiones ex ol. roſ. omph ol. viol. ol. de cucurb. populinum hyoſcyami, nymphęæ, papaueris, & ſimilibus.

Vnguentum populeum, & roſatum.

Fotus vteri. R c. m alu. althęæ viol. hord. caric. ping. & furf. ana p. i bull. in aq. fontana ſuffic. expreſſis ex decocto ſpongijs vtitor.

Peſſaria ex frond. malu. & viol. ana par. æqu & modicum ſacch. n. & tere minute, fiat pupat. ligata per filum, & intincta ex ol. recentius ex amygdal. dulc. elicito immittenda.

Iniectiones ex aqua plantag. hordei, & nymphęæ, in qua diſſoluta portio ſit ſacchari violati.

Suffumigium concoquens, ac digerens, R c. 4. ſimpl. anodyn. maluæ, & althęæ caric. ping. ana p. i. bull in hydrelęo, quod applica per ſpong. ad pubem & ceruicem vteri.

Facta per hæc ſuppuratione, rurſus admini-

nistrentur iniectiones, quæ sunt huiusmodi, Rec. sem. comm. frig. maior. bene contritorum, aq. decoct. malu. & alth. viol. & hord. partes æqu. singulorum.

Pessaria ex adipe anseris, & gallinæ ana par. æqu. croci dra. ÷ malu. althçæ cuncta simul eodem modo m. & in nodulo dependente per oblongum filum in vteri vacuum immitte.

Electuaria ex sem. melonum, & pulu. glycyrrh. & cum sacch. dissol. in aq. capill. ven. fiat electuarium, quod digerit, & suppurationem dirumpit. Cuius delincta portione superpotare licet aquam hordei, vel adiãthi.

Inunctiones digerentes ex adipe gallinæ, vel anseris, aut anat. ol. vtr. lilij de cappar. de absynth.

Iniectiones, & lotiones ex melle rosato, & aqua hordei recenti.

Emplast. vmbilico circumpositum ex caragna gummi distensum in aluta orbiculari forma in medio perforatum.

Facit ad hoc etiam emplast. ex tachamahaca expurgare valens os vteri. Facit & vulgatum emplast. è meliloto, & de 4 gommis, quę attenuant, incidunt, & expurgãt omnia.

Occallescente vtero laudant vnguentum dialthçæ maius irridatum applicitum ad renes, & pubem. sed emanante iam expurgatione purulenta, tunc opus est potu aquæ mulsæ, tũ in prandio, tũ in cęna quotidiano.

Aqua

Aqua salis prunellæ dissoluti aq. plantag.
Iura pedum veruecum elixa cum hordeo torrefacto.

Iniectiones ex aq. plantag. agrimon. arthemysiæ, portulacæ cum syr. de glycyrrh. vel cum rhodomelle,& infusione rosarum. Quibus & pulueres pro voto, proque indicatione licebit immiscere; si postquam hi fuerint immacerati, destillatio per filtrum fiat,aut diligens colatura.

Electuar. Rec.rosarum rubr. immaturè collectarum vnc.iii. sem.portulacæ, papau. malu. & lapid.hęmat. ana dra.i. pulu. corall. rubr.dra.ii.sacch albi dissol. in aq. plantag. aut portulacæ suffic.fiant tabellæ, quarum particula delingatur summo mane ex aqua hordei,vel mulsæ competenti portione.

Emanante materia grauis odoris, vicenos dies lacte vtitor asinino, mox vicenis alteris diebus lacte caprino,quod erit vtrumque pro re chirurgica.

Postremo radicis chinæ decoctum non omittendum erit,vt quod affectibus inueteratis præiudicatæ semper fuit vtilitatis.

Ad defectum, redundantiam,grumos lactis.

CIbi quasi fermentantes, & boni succi commendantur in lacte, quod desideratur,prouocando;contra vero in huius redun-

dundantia reprimentes.

Vina deligantur dulcidula non acida, nec acuta,ſed olygophora, & lymphata; nimirum vt eo potu penetrent facilius,quæ commendantur ad vbertatem lactis inducendam:abſtinendum autem à vino his,quarum habitus gracidis eſt,& calidior natura.

Cibaria ſunto calida, & humida dulcia, & in vniuerſum ſanguinea, quippe quæ proportionalis lactis eſt materia,ſic abigenda ſunt acria,& acuta,acida,& auſtera,ſalſa, ſtyptica,laxatiua,ſed media, peſſimum legumē à cicere. ex mactatis vitet partes omnes exangues, niſi quod cerebra credo vtilia. carnes iuniorum,& oua ſunt optima.

Semina quæcumq; ſint edulia, præſertim fœniculi,& mundi melonum nuclei.

In potionis vſus aq.mulſa, vel aq.glycyrrhizæ vel aq.paſſul.enucleatarum,& hordei.

Nutrices commendant amylum torreſ. nuces auellanas, ſemina ſeſami,vulgo dicta giorgiolima,quę calabræ producunt terræ. quædam à proprietate creduntur cōducere ducētia,ſanguinem,ab ipſis verò bibitor,vel aquam paſſul.vel vinum olygophorum lymphatum hordei decocto, vel aſparagorum.

Somnus, & quies conferunt prouentui ſanguinis.

Braſſica cocta cum ſemin fœnic. cumque radic.petroſel. & apij,quorum

Decoctum & vſu poteſt eſſe fomenti,

quod

quod inducas ſpongijs ad mammas,ſub quibus licet apponere cucurbitulas, Hippocratis præceptione in libro de medico ad attrahendum oblongas.

Frictiones dorſo reſpondenti mammis,& rectius ad clauiculas, deſcendente inde manu paulatim aduſque mammas.

Vnctiones ex ol. amygdal. dulc. recens expreſſo.

Aliæ inunctiones ad mammas ex oleo lumbricorum, quorum in tepido laterculo, vel fumi halitu ſiccatorum puluiſculus pondo ʒ.1.vel 2. ex albo olygophoro vino hauſtus à proprietate lactis copiam facit. Vel potetur ex iuſculo ad hunc ritè modum parato. Rec.pluſculos lumbricos decies lotos ex vino flauo bono,decoquito in aqua,quæ receperit radices, aut ſemina fęniculi, petroſel. & puſillum croci;ex hoc iure tepido facto mulier fœta reſorbeat cotylam, ſeu mauis cyathi plani menſuram.

Salſamenta quamuis à pleriſque laudata, quia per aridam ſitim, lacteam inde potulentiam inducunt,apud me ſuſpecta eſt, & effecti miniſtra fortaſſe contrarij: mentha, & ſemen,& lac exhaurit,nec minus acetum, quod è diametro repugnat lacti.

Dulcis autem ſanguinis inopia,bilis amaræ copia præſente pituitę cruditate, melancholiæ importunitate incommodantibus, humorum commoderationi,& adęquationi

va-

vacandum eſt, atque adeo per ſyrupos, & cathartica ſępius à nobis expoſita, negotiũ eſt nauandum.

Quod ſi à febre ardente corpus fuerit arefactum, & ſanguine exhauſtum, auxilijs ad tabeſcentes multis vtitor præmonſtratis.

Ad redundantiam lactis.

SAnguinis emiſſio ex ſaphena dextri pedis, ſecundo ex ſiniſtro, tertio, & poſtremo ex vena dextri cubiti iecoraria.

Cibaria ſint aſſa inſperſa limoniorum aurantiorum acerbi ſaporis, & omphacij ſucco. in vniuerſum ſicca, & exucca, & ſuperiobus contraria.

Vina ſint nigra, craſſa, viſcoſa, paſſa propterea, quod & vias obſtruunt, & ſanguinem incraſſant, ſtipant, & firmant, quominus trãſcurrat, & altà petat.

Aqua verò in vſus omnes coquendi, atq; bibendi hauriatur de ciſterna.

Motus, & vigilia pluſquam par eſt vſu vitæ captandi.

Fomenta ad mammas ex paribus aceti, & aquæ portionibus per ſpongias latiuſculas adhibenda.

Ruta comeſta ſiccat, & fortaſſe plus mentha minutula, & criſpa.

Viticis item, ſiue agni caſti, vel coriandri præparatorũ ad omnes vſus drachmæ põdo.

Ca-

Cataplaf.verò,quod Rec. farin. hord & farin.lentium ana p.i.menthæ p.÷ rutæ dra. ii.fem.agni casti dra.i÷ ferueant omnia in posca m.in mortario,& redige ad formam emplast.quod appone mammis.

Illitus ad mammas ex melle calido inductus,desuper verò mentha contrita,& vndique insperfa:postremo pãnus linteus obductus resina terebinthina . quod quidem medicamentum non occurrit solum generationi lactis futuræ, sed & præsentem dissipare valet .

Illitus ad dorsum ex vnguento populeo, siue,vt nominat Cordus,populino.

Vnguentum, quo matronæ quædam vtũtur,Rec.Gypsi benè triti,farinæ lentium, & hordei ana dra.i.butyri recentis decies loti cum aq.rof.rubr.vnc.iii.ol. rof. omphac. & myrthin.ana vnc. i. terebinth. vnc.÷ ceræ parum m.& fec.art.fiat ceratum,quo mammæ tingantur.

Prouocantia menses, quales sunt pupatellæ frictiores inferiores, cucurbitæ, ligaturæ,de quibus antea suis locis.

Si veniat indè sanguinis affluxus in mãmas,quod tenuis humor huc facilè rapitur, corrigẽdus hic medicamentis est incrassantibus,qualia nos aduersus profluentes menses,& ad dysenteriam obtendimus.

Ad

Ad grumos lactis.

QVum lac in mammis grumescit, si fit hoc caloris vitio compingentis:

Syr. sint infrigidantes, quales sunt syr. viol.syr rof.omphacitidum,cichor.sy.endiu. plantag.portul.nymphęæ cum aquis earumdem herbarum hordei, coriandr. stellariæ, fumariæ,& si quæ sunt aliæ.

Externa parte superdentur folia menthæ latæ, fol.vitis,plantag. phyllitidos, canabis, cyclaminis,gladioli,marrhubij,verbasci.

Sectio saphenarum vtriusque pedis, insuper iecorariæ dextri cubiti.

Syr.attenuantes de rad. Gentilis, de capill.ven.de suc.endiu.cum aq.ceterach.

Medicamentum ex cassia, vel ex manna dissoluta in iusculo pulli sufficienti, vel saccharum violatum dissolutum in succo rof. persic.

Potus autem quotidianus aquæ mulsæ, quæ componitur ex vicenis partibus aquæ, & vna mellis,sed de hac Mesuen adi.

Fomenta in materia frigida, siquidem nō intercedit febris:

Compone sic, Rec.fol.brassicæ, fol.betæ, flor.chamęm.fęnigr.semin.lini, apij, petrosi. ana p.i.decoque in hydrelęo,quod spongijs exceptum induc ad mammas crebrò mane, & vesperi.

Inun-

Inſectiones erũt ex ol.vtriuſq; lilij,ol. cappar.ol.menthæ, ol. rutaceo, ol. de laterib. ſingula aut ea, quę volueris, coniunctim illine ad mammas tepidè.

Vnguentum autẽ citrinum etiam exſiccãdo,& abſorbendo valet.

Coagulum lepor. vel hędinum reprimit externum lac, vt internum conſtipatum liquat.qua de re viſe Galen.x. de ſimpl. med. fac.vbi de coagulo,quod alioqui ſoluitur,aut diluitur ol.amygd.dulc.

Ad luem Veneriam.

INſequuntur hanc contagionem primum impreſſam bubones, puſtulæ penis, gonorrhęa,ſeu rectius pſeudogonorrhęa, virulentus ſcilicet effluxus ementiens ſeminalem emanationem.At eodem morbo diu confirmato ſubrepunt gummea concrementa, teredines oſſium,vlcera,tabes atrophia, cruciatus, omnia vitia cacoethe.

Diſtingues itaq; affectum per bina tempora, perq; bina ſigna. nam horum priora ſymptomata tibi demonſtrant affectionem ineuntem, poſteriora conſummatam.

Bubonibus igitur apparentibus abſtinendum eſt à venæ ſectione,& à medicamento ꝓpurgante,quominus natura bonũ corporis optimum ordinans, ab opere diſtrahatur. Cauſaque exitialis ab extimo corporis

Q ha-

habitu fugata ad intima iecoris, & immedullas ossium recondatur. Verum nil impedientibus interdum effusionibus, aut bubonis, aut gonorrhęæ:

Syr. ordinabis interna corporis superuacua digerentes, & natiuam iecinoris facultatem roborantes. ex his erunt syr. de fumaria, de infus. rosar. endiu. cichor. lupul. & absynth.

Sic Rec. syr. de succ. cichor. de fumoter. & de infus. ros. ana vnc. ÷ aq. melissæ vnc. iii. m.

Motus extenuandis, & foras euocandis mali fomitibus non nihil conducit.

Atque ad laxius effundendos humores malos, nō incommoda sunt iuscula, & elixa.

Inunctiones ad affecta loca, si quando ea dolēt, ex oleis amygd. dulc. & chamęm. probata sunt etiam butyrum vetus, ac sine sale seruatum, & adeps gallinæ, cum dolor interior erit.

Fomenta sint hoc modo parata. Rec. simpl. anodyn. communium an. part. æqu. tepidiore decocto spongijs intinctis, prolue partem laborantem.

Seruetur hæc ratio medendi, donec apparuerit rubor, & rigor per neruos spinæ dorsi cum insequa febre; tunc quod significat hæc aduentantis suppurationis, ordinandum est

Cataplasma, quod Rec. maluæ, althęæ, fermenti

menti tritici,caricarum ping. ana p.1.ceco-
que in aqua fontana . materijs optimè con-
tritis adde adipis porcini putrefacti vnc.ii.
croci dra. ÷ m.confice cataplasma 4.diebus
vtendum .

Facta suppuratione,tum ope medicamen-
num,tum naturæ:

Sectio fiat mediæ dextri cubiti. Ab hinc
verò duos dies

Medicam.purgans ex syr.rof.folut.syr.D.
August.cum facch. viol. & conf. Hamech.
cum dul bus competentibus. Post hæc vni-
uersale

Decoctum spartæ pariliæ descriptione,
quam nosti.

Si non consummetur suppuratio critici
bubonis,sed potius scirrhescat, & vndequa-
que albescat,expectata maturitate tempo-
ris ,ordinandæ sunt accommodæ fotiones,
& inunctiones ex efficacissimis linimentis.
Quæ sunt;

Oleum ceræ,oleum butyri,oleum ammo-
niaci,singula destillata,& mista,siue seorsim
vsitata. Ol.item mandragoræ descriptione
Cordi,meo quidem experimento mirum
est;quippè quod omnes illius olei materiæ
humore singulis intenso nimiam scirrhi sic-
citatem amoliri valent,atque resoluere. Ce-
dit autem emplast.diachylon maius, nedum
ceratum meliloti. Cedit & emplast.de ranis
norma Ioannis à Vigo cum addicamento
Mercurij.

Intereà casum in omnem scire licet ad tranquillandum hominis contagiosi corpus, ad meliorem ei valetudinem procurandam, nil præstantius esse sudoribus, quæ tum artificiosis, tum naturalibus æstuarijs excitentur, non vno quidem semel, sed plurimis rite diebus. sudabulorum autẽ formas habes in efficaci medicina.

Ad Gonorrhaam contagiosam.

HActenus de lue primum ineunte, quæ corporis exteriora pertingit, nunc de gonorrhæa, quæ fonte manat profundiore. Cui quidẽ abolendæ nõ est vsui, sed explorato ferme periculo venę sectio, ne materia cacoethes, quæ discurrit adhuc in citerioribus vijs, cohibeatur in visceribus, & subinde vesana lues purum inficiat hepar. conueniunt autem

Syr. refrigerantes non aperientes, qui cõgruerunt alioqui gonorrhęæ. Sunt vero de infus. ros. de succ. cichor. ana vnc. i. aq. lupul. vnc. iii. m. His vtitor aliquot diebus optima cum victus ratione; mox rite properat

Medicam. purgans, quod Rec. syr. ros. solut. & de succ. viol. ana vnc. ii. syr. D. August. vnc. iii. conf. Hamech. vnc. ÷ cum aq. hord. fiat potus.

Duobus autem ab hinc diebus aliqui non parcunt sanguinis emissioni, sed ego maiore cum ratione parcerem. Postmodum paretur

De-

Decoctum spartæ. Rec. Rad.spartæ paril. concisæ vnc.iii.infundatur in sex lib. aq.fontis 24.horas, deinde fiat decoct. secundum artem ad consumpt.duarum part. aquæ, & adde fol.senæ orient.vnc.÷ flor.borag. viol. cichor.fumit.lupul.maluę ana p.i.semin.melon.vnc.iii. In singulos vsus hauri de colatura lib.÷ viginti diebus, assidue, mane.

Post hæc aqua spartæ tum prandio, tum cœna potetur, hoc modo paranda.

Rec.Rad.spartæ vnc.i.infun.in lib.xij.aq. fontis toto spatio 24 horarum. fiat decoct. secundum artem ad consumpt.tertiæ partis aquæ, adde sub finé coriādr.præpar. vnc.÷ glycyrrh. rasæ, & cont.dra.iij.cinnam. elect. & seminum maluæ ana dra.ij. facta colatura seruetur pro potu, quem retineat 30. diebus æger optima victus instituta ratione.

Sudores nè prouocentur æstuarijs. neque enim porrigenda est obnoxijs inflammationis ansa, verum tamen hic præcisè loquor de recentiore gonorrhęa; cui feruor, & ęstus hęret: cęterum enim inueteratis, & obstipatis difficilè succurritur citrà sudationes.

Inflammat hæc affectio quandoq; præputium, & penem exulcerat, & acerbis doloribus glandem excruciat, vt in eo viro, quem cum D.Iosepho Basili felicitèr curaui. quapropter ijs aduersantes, rationi consentaneũ est, opitulemur, tum afflictæ glandi, tum operimento exteriori. Itaq; sunt vlcuscula,

quæ latent, quacunque sit suspicio, detergéda,& proluuies vndiq; est proluéda myrtill. rosar.alb.vel plantag.aqua,vel succo, seù puro, seù cum tuthiæ puluisculo. Dolor autẽ intẽsissimus obtũdendus erit succo lactucæ. Sępè etiam opij tantillum dilutũ succo plãtagin.aut lactucæ, vel solani, vel si mandragoræ oleum à Cordo descriptũ haberi possit, dilutum hoc aqua hordei, seù per siphunculum, seù per guttulum, seù per spongiolam in apertum vtraque ministri manu præputium.

Ad vlcuscula penis, caries vocata, vulgò tarlos, & indè Tarolos.

NOn malignis, at leuioribus penis vlcusculis vnguentum pompholygis, aut de tuthia extensum in petiola satis, aut eiusdem, aut lithargyri puluisculus.

Si verò maligna dolore,& inquiete etiam nocturna sint prægrauãtia, continuo leuabis hominem medicamento cassiæ recenter extractæ pondo vnc.i ÷ cum diacath. & conf. Hamech singulorum pondo ÷ trochisc. de Berberis dra.i. rad. glycyrrhizæ tenuissime contritæ dra.i ÷ cum sacch.m.

Si verò septa sint vlcera putredine, tũ ęrugo æris,& hydrargyrium, quod appellant præcipitatum, siue pura, siue lota rosarum alb. aqua, siue vnguento rosato commista vi-

vitium exhauriunt, & aqua item eius loturæ percommoda eſt, ſi ſine dolore, conducit & baptitura æris, autore Cęſalpino libro de metallis.

Si verò fuerint vlcera fętida, & corrupta, protinus intingenda ſunt aqua Fallopij, quæ recipit hydrargyrium ſublimatum. Sed cum vlcus abſterſum, & limpidum fuerit, implendum eſt carne per modice ſiccantia, quales ſunt

Pulueres ex his materijs, Rec. cort. thur. maſtich. corall. rubr. boli arm. orient. ſang. dracon. aloes ſandarachæ ana dra. i. ſumac. dra. ÷ contrita ſubtilitèr inſpergantur, qui pulueres ijdem ad cicatricem inducendam in pauca portione bene facient.

Ad defluuium capillorum.

IOan. Fernelius Ambianus in libro de lue Venerea tres huius ſpecies facit, quot sũt ſcilicet febris. Spiritus enim ęque occupantur in ephemera, & defluuio capillorum. In ſecunda ſpecie febres putres, & gonorrhęa ex fraceſcentibus humoribus. In tertia ſpecie hectica, & oſſium teredines, & exoſtoſes vſque medullas.

Caſus igitur capillorum, quæ leuiſſima contagionum omnium venerearum eſt affectio, ex halitu eſt nitroſo à ſpermaticis infectis partibus elato. quoniam autem tenuis,

ac leuis eſt ad vſque caput, & capillos diffunditur; detentus autem in radicibus capillorum hos aut deterit, aut corrodit.

Venæ ſectio internæ dextri cubiti non curatiua quidem eſt, ſed prçſeruatiua, ventilandis videlicet humoribus, qui ſubditi ſunt ipſi corruptioni.

Syr. de fum. de cichor. de lupul. cum aq. endiu. & ſtellariæ.

Medicam. purgans, quod ſuperiori capite notatum eſt.

Decoctum ſpartæ, quod ſçpe numero deſcriptum eſt.

Lotiones vt renaſcantur, & firmentur, ſeù ciliares pili, ſeù capilli. Rec. baccarum lauri, malicorij, balauſt. myrt. nidi hirund. ana p. i. roſ. rubr. incompl. p. ii. mell. vnc. ii. pulu. apû cremat. vnc. i. ferueant omnia in xii. lib. aq. font. & lixiuij ex radic. arundinum ad conſumpt. tertiæ partis. facta colatura ſeruetur pro lotione capitis, & locorum faciei deſtitutorum ornamento pilorum.

Inunctiones, Rec. pulueris cutis talpæ cochlearum, & apum vſtarum ana vnc. iii. ladani dr. iii. pulu. baccarum lauri, myrth. malic. balauſtiorum ana dra. ii. mell. opt. vnc. i. ceræ, quod ſuffic. ſecundum artem fiat vnguentum illinendum capillitio reſecto, ſpongia noua ad rubrum vſque colorem perfricato, & loto capite ex dicto lauacro.

Frictiones, & inunctiones capitis adhuc ab-

abſtergentiores.

Rec.cyclamen cortice purgatum,& hoc forti manu caput frica,mox inunge ol.elleborino,quod paratur ſic;

R.elleb. minutim inciſi vnc.÷ in vnc. vi. ol.roſ & cyatho medio, vel ſolido vini albi ſpirituoſo,decoque donec expirarit vinum.

Ad Scabiem ex contagio Venereo maligno.

DIcta eſt hæc ſcabies nonnulla ſimilitudine ſcabiei vulgaris.

Cutem exaſperat diffuſis vndique puſtulis cum marginibus qua præduris, qua ędematoſis,ex quibus emanat ſanies quædam tenuis,& ſeroſa. & tenuis quidē quodcumque partium circumtigerit viru ſuo, ſtatim inficit,& exulcerat,atque inde fit contagium quoddam exardens vitam, quod appellatur à noſtris Elephantiaſis,omni late cute reddita velut elephantis verrucoſa,& ſquallida.

Venæ ſectio internæ dextri cubiti, & poſtridie ſiniſtri.

Syr.ſunt exhibendi violatus, de ſucc. cichor.fumar.lupul. cum aquis borag. ſtellariæ,nymphęæ,&c.

Medicam.purgans, Rec.ſyr.D. Auguſtini vnc.iiii.ſacch. violat.vnc.iii. conf. Hamech. vnc.÷ cum aq.decoct.fol.ſenæ orient.fi.po.

Vel Rec.ſen.orient, vnç.÷ epithym, & gly-

glycyrrhizæ ana dra.ii.agar.troch.dra.i. fiat decoct.in aq.borag.& in suffic. colatura dissol. syr.de 5 infus.ros.persic. & de succ.viol. recen.ana vnc.ii.cōfect. Hamech.dra.iiii.m. & fiat potus.

Serum lactis caprini incoque quotidie flores borag.fumar.lupul. ana p.i. vel interpellata ternis quibusq; diebus decoctione. Vicenis,quaternisque diebus diluculo lib. ÷ hauri calidè.

Asininum verò lac quadraginta diebus,vt maiore cum profectu debibat Elephantiodes homo,decimo quoque die voret bolos, cassiæ rec.extr.pond. vnc.i. conf. Hamech. vnc.÷ confice cum modico cinnam. stomachi bibendo; lacte laxati ergò interquieto post longas seri potationes aliquantisper homine,qui tractatur.

Hirudines affigendæ venis sedis.

Balneum subueni homini, quod est Puteolis,vel alterum dictum de Scabie per 7. dies ascendendum,siuè rectius intrandum in cupa vtendum in oblonga.

Per durante,& parum se remittente squalore mali,confugiendum ad Æsculapij serpentem,cuius proprium est atram bilem, & salis has corpore fodinas emundare,Doctore Petro Aponensi comment. ad Mesuen, qua de iecoris alie atione.

Rec.capitibus.& caudis extractis cerunones angues duos. elixentur in lib.vi. aqu.fumar.

mar.vel ſtellariæ donec diſcoctæ carnes reſoluantur à ſubſtratis ſpinis biſſeſqu pedalibus mundæ.adde cetera h.capill.vener.borag.cichor.fumar.lupul.endiu.hepaticæ ana p.i.fol.ſen.orient.vnc.i.factæ primum colaturæ,mox forti expreſſioni adde ſacch.albi ſuffic.fiat ſyr. longus, cuius delibet homo vnc.iii.quotidie ſub autora.

Veſperi refouendus eſt languens electuariis ex carnibus toroſioribus ceruonum, hoc modo parandis,Rec.carnes elixatas, vt dixi,ceruon.vnc.iii.ſemin.melon.vnc.i.ſem.portul.maluæ,lactucæ,ſtellariæ, nymph. ana dra.i.ſantal.omnium ana dra.÷ ſacch albi diſſol.in aq.cichor.ſuffic.fiant elect. in offellis,delingantur tribus horis ante cœnam. A quibus delibatis offellis ſuperpotetur

Aqua parata ſic. Rec.ceruonum duorum carnes amputatis capitibus,& caudis,mũdã teſtudinem,cichor. borag hepat. lupul. ſonchi,meliſſ.ceterach.capill.ven.ana p.i. micæ panis lib.÷ imponantur materacio vocato vitreo cum aq.cochlearum,cichor. & lupul. eius extractæ aquæ pota lib.÷ ingeſto iam electuario. Inſiſtatur huic ordinationi dies viginti,vel quindecim ad minimum.

Non referente pedem etiamnum malo deueniendum eſt ad efficaciſſimas viperas, præcipuã harũ vtilitatẽ promittente Galeno in libello de theriaca ad Pilonem capite iv. ſic,Rec.viperas fœminas tres,reſectis capi-

tibus,

tibus,& caudis elixa carnes in lib.xxx. aquæ fontanæ,donec mundę carnibus resolutis ad extrahentes manus veniant spinæ. In qua rursus aqua decoq.lib.iiii.hordei,donec grana discoctione lõga reddita fuerint turgidula. Hoc autem vno carnium,& hordei viperini pastu nutricandę sunt iuniores domesticæ gallinę,vel capi,quę poturę sũt etiã prescriptam aquam.Sexto ab hinc die prendat esu languens paratas ex his gallinis, aut capis offas;sicut autem deplumes vises ab esitandis viperis gallinas,ità & elephãtico videbis excidere demembris (quod nè te moueant, aut illum)pilos porro reponẽdæ sunt gallinaceis plumę; recursuri scabro homini, qui curatur,pili. Ad hęc nobis instantibus aduersus morbum,viperinum vinũ non horreat languẽs.ità parãdũ. viperas ℥.viuentes, & solidæ, idest capitibus, & caudis manẽtibus in amphoras xxx.meri demittantur, & in his præfocatæ triduo macerentur, quibus è vase elicitis vino tum prandẽs,tum cęnans se proluat egens homo.

Hoc medendi genus vt hercle tetrũ sic ex aduerso fructuosũ Lector habeto,quo nostri maiores,& magistri auctoritate Cl.Viri Ioannis Bernardini Longi, vt confidenter, ità feliciter vsi sunt.Verum tamen aduertas velim,haud præterquam verno tempore viperina hæc affectanda esse præsidia, qua nimirum tempestate potioribus herbarum chymis,

mis,& rore probato vescuntur auspicatæ bestiolę. Quod autem attinet ad ceruini coloris angues, eos in tenui furfure dies xv. capsula conclusos foraminulenta memineris detinere. Aliud in calce capitis adnotem licet; si madida iam primum vlcera, reddita per tuam hanc curationem fiant salsa, non contemnendum huius medelæ profectus argumentum esse.

Ad Gummata, & horum dolores.

GRauissimi excitātur per gummatā cruciatus, non alia me iudice causa, quam quod per humores truculentos acrius, & confertius lacessitur periostea membrana, quæ substrata malis gummatis, distēditur, & soluitur adeò vehementer, vt impos homo factus angoris ferendi consternatur. ad quorum acerbitatem leuandam.

Prima est venæ sectio .s. internæ dexteri cubiti.

Syr. nuper adnotati.

Medicam. purgans idem, quod ante visum, decimo quoq; die demittendum in ventrem, & quadraginta diebus quater.

Vere, aut autunno sudationes in æstuarijs, ad quas exsudationes adiuuandas, & ad labem abolendam:

Decocta pręcipua sunt spartæ parilię sic apparanda. Rec. Rad. spartæ parilis concisę,

&

& lotæ,& ligni Guaiac. limati ana vnc.iii. cort.eiusdem ligni contusi vnc.i infundatur spatio 24.horarum in lib.vi. aq.font.coquãtur igne lento ad consumpt. duarum partiũ.in fine decoctionis adde fol. senæ orient. vnc.÷ flor.borag. cichor. fumit. lupul. sçchad.sampsuchi, beton.& iuæ artet. ana p.i. factæ colaturæ dosis est lib.÷ pro syr.continuando dies 40.nisi quantum interponendę sunt decimo quoq; die purgationes.

Tempore hyberno sparta potanda sit ex vino,quod potest duobus modis apparari, vel cum puluere hoc modo. Rec.spartæ paril.& fol.senæ orient.ana dra.vii. hermodactyl.turbith.polypod.querc. coriandr. præpar.cinnam.& glycyrrh.ana dra.ii.terantur puluere subtilissimo,de quo sumat dra.i÷ in singulos vsus ex vino albo spirituoso.

Vel eosdem pulueres sumat multos dies infusos in Oenophoro, idest in vase vini. Vtrumque binorum in aurora digerendum ante prãdium quinas horas,cum tenui semper dieta spatio tot dierum, & temporis quotum adnotatum est in vsu spartæ syruporum,& sudationum.

Si descriptionem exponi petas infusionis in Oenophoro,Rec.vini albi odor. amphor. xxx. in quam mensuram infundantur hæc omnia;spartæ paril. concisæ, & lotæ ligni guaiac.limati,& fol.senæ orient. minutim incis.in lib.÷ polyp.quercini,hermodactyl.

ana

ana vnc.i.÷ flor. cord. p.i. cinnam. electi dra.÷ omnia rudi manu contusa, infundantur, vt præmonstratū est 24 horis: q quater agitetur prima die cum tota infusa materia, & semel in singulos vsus. interim seruetur vas perpetuo coopertum.ferat hoc patienter ægrotus bibere tum mane, tum vesperi, seù prandens,seù cęnans aqua spartæ temperatum.dissoluentur hoc, & Dei auxilio gummata,fugabantur dolores. Qui si nihilominus persentiantur:

R.Theriacæ elect.drach ii.ol.chamęmęl. vnc.i. percalfactum igne medicamentum affricetur ad partes gummatosas, ac dolentes,vel hoc aliud.

Rec.spiritum vini triplici destillatione elicitum cum ol.de ligno guaiaco per descensum extillato. æquis vtriusq; portionibus vtere.

Emplastum etiam laudatum est è ranis, vel simplex,vel cum emplasti de 4. gummis subducto.ad ignem misce,valentissimum est.

Balneum item benefaciet,quod Rec.flor. chamęm.fen.gręc.sem.lini,samps.beton.serpill frond.citri,rosarum immaturarum absynth.ana p.ii. decoque in aheno amplo pleno aq.marina, quæ cum fuerit imbuta simplicium eorum virtute, transportetur intra cellam ęstuariam, vel in dolium extremo superiore adapertum, in cuius medio & altiore scamno sedens ægrotus diffluet

sudo-

ſudoribus capite extra poſito, cęterum humeros contecto.ſunt hæc balnea repetenda 7.diebus.

Electuarium,Rec.ſpartæ paril.vnc.iiii.ſenæ oriēt.vnc.iii. cardui benedicti vnc.ii.hermodact.turbith.polyp.ana dra.i. conterantur omnia diligenter,& adde mellis dra.xii. aquæ vitę vnc.iii. conſice ad formam opiatæ, vel ſine liquore mellis, & aqua ardenti cum ſacch.ſuffic fi.tabellę, quas dies xx. cōmandat ęger,pondo vnc.i.mane, ſuperpotata mox aqua parillę.

Si morbus extrema exigat remedia,corpore,quod tractatur,commodè ferente,non parcendum eſt inunctioni,quę ſalutare recipiat argentum viuum,ſed clementi tamen ſub Cœlo,& vna vitata hyemis tempeſtate, cautiſque tabificis ęgroti conditionibus, & habitu gracilitullo prę oculis propoſito, vt niſi releues hominem, ſaltem non perdas. Ad ſummam conſultis ſenioribus, & proteſtatione pręmiſſa neceſſitatis.

Apparatur hoc modo medicamentum. Rec.Mercurij pręparati cum ſputo vnc.ii. adipis veruecini vnc.iiii.theriacę opt. vnc. ÷ incorporatis benè materijs vnge loca dolentia, & corpus omne pręter membra principalia.illapſę virtutis hermeticę argumentum eſt,quod affectæ gingiuæ fędam in emanationem erumpent.& quoniam obuenient angores oris, ac tędia ſputationum

im-

immensarum tuum erit, si compescere volueris, quod facies primum quidem
Gargarismis ex diamoro, & diacarydio cum aq.rof.rubr.& plantag.sufficienti. mox
Lambitius ex syr. de cannis granat. dulc.& de hyssopo: tertiò
Oleo de sulphure paucis guttis aqu.glycyrrhizæ excepto: compressis gingiuis breui sedat proluuiem virulentam.

Si gummata non resoluantur internis, & externis omnibus hisce medicamentis: sunt aperienda causticis corrumpentibus exteriorem globum, & committenda chirurgicis: quippè quæ fermento putrido sunt erosa, ac tetræ cariei vitio confecta.

Pauca sunt hæc, sed frequentiora symptomata luis Venereæ per nos hoc angusto loco tractata: cętera verò quamplurima sunt enarrata in nostro iusto Commentario de luis eiusce natura, causis, differentijs, indicijs, & iudicijs, exposita ad summam diagnosi, prognosi, therapia.

FINIS

A Deo Opt. Maximo. D. Lucæ. ac D. Gregorio Nazianzeno.

ANALEPSIS

Argumentorum, & Capitum ſingulorum, quæ in hoc Opere habentur.

Primum eſt Corollarium Aphoriſmorum Hippocratis Libri primi.

Secunda eſt defloratio fen. 3. libri 3. de febribus Auicennæ.

Cuius pertractationis hæc ſeries eſt Capitum omnium.

De

Liber tertius est Defloratio Methodi Pauli Tuccæ de febribus, cuius hæc sunt Capita.

Quartus Liber est Epitome Curatiua, cuius materia sunt hi morbi.

Me-

Oris

Mo-

FINIS.

DE

DE PAEDANCHONE MALIGNA,

Seu

DE THERIOMATE FAVCIVM PESTIS VI PVEROS PRÆFOCANTE.

AVTHORE MARCO AVRELIO SEVERINO.

Medico Philosopho in Regio Lycæo Neapolitano, Anatomes, & Chirurgiæ Professore longè Celeberrimo.

Cui accessit Commentarius Cl. Viri THOMAE BARTHOLINI Danorum Regis Archiatri.



ΠΑΙΔΑΓΧΟΝΗ ΛΟΙΜΩΔΗΣ

Seu

De peſtilente, ac præſocante pueros abſceſſu.

EIVSDEM MARCI AVRELII SEVERINI.

Ad ingenuum Lectorem Præfatio.



Nter omnes animantes, quæ à Deo Opt. Max. Conditore primo prodiere, nulla fuit homine, vel dignitate celſior, vel amplitudine maior, vel formæ decore probatior, vel ornamentis omnibus cumulatior. Argumento eſt, quod in humani opificij creationem, & conformationem ſummus ille Architectator in cõſilium, operiſq; ſocietatem Sacroſanctam Trinitatem adhibuerit. Declarat autem & præſtantiam procreationis ordo. quippe fuit editus in lucem homo poſt cuncta; ac ſi maximum quidpiam, & ſupremum plenis prærogatiuæ numeris efficiendum fuiſſet. Docet & exemplar, ad cuius ideam efformatus fuit idem: quandoquidem eſt microcoſmus hic fictus

ad archetypum macrocoſmi, in quo cœleſtia, terrena, & media velut in parua picturæ mappa inexplicabili prope compendio cõtinerentur omnia. quo factum eſt, vt ſummæ cuiuſdam rei, diuiniq; miraculi loco ſapientes omnes habuerint hominẽ: qui ſolus immortalem Dei portionem obtinuit: qui rationem, orationem, verſatilem ingenij dexteritatem, futurorum prouidentiam, ſocietatem ciuilem, hoſpitalitatem, pietatem, ſanctitatem, fidem, & quas non virtutes, exercet, & colit? qui principatum in omnia mundi viuentia, & non viuentia, quiue imperium pro libitu voluntatis in omnia concreta corpora diuinitus exercet.

Cuinam enim motu perpetuo ciẽtur Cęli? cui Luna noctu lucent, & aſtra? cui Sol modo accedit, modo recedit ab Oriente latus ad Occaſum? à Polo Arctico ad Antarcticum, à Capricorno ad Arietem, à Cancro ad Libram? nimirum inuecturus temporum viciſſitudinem, æſtus, & frigoris, & horum medias ſtationes, lucem, & tenebras, pulchram formarum productionem, & neceſſariam rerum corruptionem. Adhæc cui tenuis aeris ſubſtantia fluit, refluitque? cui pelagus, & flumina piſces alunt? cui vegetantium tot ſpecies, metallorum varietates, beſtiarum, & iumentorum ordines ſeruiunt? Finiam denique ſermonem, ſi dixerim opificem mundi ſapientiſſimum ab omni naturæ

ſa-

fabrica, tum demum manum summouisse, ac vacauisse, cum in medium productus est homo; perinde ac complementum absolutio, & summa rerum omnium euenisset. Verum ò felicitatis humanæ leuitatem! diuino huic mundi miraculo, rerum omnium ornamento, finique; subito suo vno præuaricatu multi subinde suscitati sunt hostes, & nulla ex omnibus fuit creatura, quæ velut liuore percita aduersus vnum hominem non exurgat, ac pugnet. Enimverò nosti malignorum syderum aspectus, influxus eorundem nosti. post quos obstant coinquinatus cometis aer, noxij terrarum halitus, elementorum transcursus pestilentiarum excursu, stirpium venena, fossilium miscellis infectæ aquæ, ferarum morsus, terræmotus, infesti venti, pluuiarum madores, sub syrio squalores, brumæ rigores, variæ denique Cęli permutationes, nedum in dies, sed interdum in horas: quarum omnium vi, & ineuitabili insolentia languescat, & ægrotescat, discrimen subeat, & oppetat homo. Quod exitium, & quæ mala vbi humorum quaternio non inuexerit dissidentium assiduè sub venis, præter hæc extra stagnantes alij velut in lernæa palude multiplices, & horrẽdas eruptiones, & monstra producunt, quibus exosam perpetuo vitam miser transigat homo. Sed innumerabiles alias hominis calamitates quis memoret satis? Vnam ex tot omnibus comme-

morabo potissimam, quæ dicta est nobis ἀγχόνη λοιμώδης, tonsillæ pestilentes, ab aliis verò nostris aut strangulatorius faucium affectus, aut carbunculus pestilens, aut laqueus gutturis, à plerisq; passio anginosa barbarè, & inscitè: quibusdam aut vlcus syriacum cũ Aretæo, aut tõsillę pestilentes cũ Aetio Amideno. Posset verò, siquidem insolentiam, & diritatem huius vitij spectes, nominari Dei vindicis ira, flagellum augescentis immerito mortalitatis, sacra lues, diræ, supplicium, furiale venenum, Persephones gladius, charontis vectura, limbus exlaturatus, & aliis eiusmodi notis notari. Enim verò ex huius vnius pestis vi plus myriadis præreptos de matrum gremijs, de parentum complexibus querimur, quam fuerint in bello Troiano furore gladij iugulati. Porrò Deus Opt. Max. antiquitus indignatus humanæ gentis criminibus, hanc aquarum illuuionibus, & igni dederat perdendam; nostro verò æuo mehercules execrando teterrimæ huic pestilentiæ laxas dedit habenas, vt non facinorosos, & perditos, verum innocentissimos hominum, & malefaciendi nescios, & sceleris puros pueros commutatis quasi vicibus, & inuersis imperscrutabili certè fato cunctos absumeret, & auerruncaret. Quod sanè malum, durior sit cautibus, sæuior hyrcanis tygribus homo, qui serio non lugeat, ac totis animi sensibus nõ commiseratur. Theo-
do-

dotus verò, qui commiſeratus humanitati, miſeris tempeſtiuè ſuccurrat, & opituletur. Vtinam igitur liceat quandoq; nobis quampiam comminiſci rationem, quæ futura ſit vſui; profectam videlicet ab eo fonte, vnde & morbum modo dixi profectum. Porrò vel apud Ethnicos extat, bina Ioui pro pedibus eſſe dolia, alterum boni condum, alterum mali. Quoniam igitur ab Ioue arbitro rerū, expectare maturam opem haud in noſtra facultate reponere debemus: anne ſubſidium ab ipſo deſides, & ignaui maneamus? Verū huc nos monuit alicubi Maro.

Viuit vitium, creſcitq; tegendo
Dum medicas adhibere manus ad vulnera paſtor
Abnegat, & meliora Deos ſedet omina poſcens.

Quamobrem allaboremus, & vires noſtras omnes intendamus: Nam facientes adiuuat Deus, autore Varrone Latinorum omnium doctiſſimo. Sic fortaſſe futurum eſt, vt noſtris humanitatis miſeræ promerendæ ſtudijs adeſſe velit dignatum Numen. Age igitur ad rem cominus accedamus: primum autem de præſcripta nobis lege, ac competenti demonſtrationis modo dicamus.

Aggreſſurus ad diſputationem mihi primum ipſe præſcribo modum, nec non rationem philoſophandi conſtituo, qua fines medicos non exorbitem inueſtigando, ſed intra

quos laxitatem omnem inquirendi contineam; nè quando aliter agens, quam ex munere debeam, minimè spectantis ad rem officij deprehendar. Quippe ex vnaquaq; facultate, in qua est quæstio, non aliunde ducenda sunt argumenta, atq; adeo de rebus medicis medicè, deq; physicis, physicè disputandum est, quantum rei subiectæ natura petit, vt hęc indagetur, sumendo scilicet non probãdo. Quid autem ex alijs facultatibus, quæ genere non communicant, neq; principia habent syngenea, petantur argumenta? Porro magnus Hippocrat. in l. de principijs scripta reliquit hæc initio. Ego ad hunc vsq; sermonem communibus sententijs vtor, tũ aliorum, qui me præcesserunt, tum etiam meis. Necesse enim est cõmune principium sententijs supponere eum, qui velit hanc de arte medica tractationem componere. Verum de rebus sublimibus in aere, ac Cœlo, neq; opus habeo dicere, &c.

Qui idem vir & libri de natura humana principio præfatus est: quicunque de natura humana amplius differentes audire consueuit, quam eius ad medicinam pertinet, huic commodum non est hunc meum sermonem audire. Tertio etiam in l. de veteri medicina monuit, oportere de arte tradere vulgo nota γνωστὰ λέγειν τοῖσιν δημότῃσιν: quod & alibi solenne, ac frequens summi dictatoris præceptum ego spectans in hac mea de pesti-

len-

lente,ac ſtrangulante pueros abſceſſu diſputatione ſeruabo. Itaq; abſtinendum iudico aſtronomicis, metaphyſicis, diuinis, & hoc omni genere alieno. Quamquam obtrudes fortaſſe, quod idem Hippocrat. in l. de aere, aquis, & locis, diſertis verbis dixit, ſanè non minimam partem cōferre in re medica Cōſultam aſtronomiam. Verumtamen quid ipſe ſenſerit aſtronomiæ vocabulo, declarauit protinus, cum ait; quum vna cum temporibus, & ventriculi in hominibus commutentur. Nimirum aſtronomia eſt Hippocrati certa ratio mutandarum tempeſtatum à ſyderum ortu, & occaſu, & à commotis ventis, & aere inalterato naſcens, non ab aſtrorum, vt dicunt, aſpectibus, & configurationibus, quæ dãnata fuit ſẽper, vt Seneca prodidit in apocolocynthide. Hac quidem cauſarum iuueſtigatione gaudeãt, vtanturq; quicunq; velint; nos medica tantummodo lance pendemus omnia, quæ incidant in rem iſtam.

Aliud quoq; præſcriptum ſapientiſſimus idem, ſeu contemplandi, ſeu ſcribendi dictator impoſuit libro de carnibus ante citato, dicens; ſe theſin aliquam oſtenſurum aliorum ſententijs in hypotheſin vti ſuetum: quem vulgarem ego morem, vt ſeruem, neceſſe eſt, niſi actum agere debeam. Quare cum ſcriptores præſtãtiſſimi de hac eadem re pleraque comprehenderint, à cunctis

iam

iam recepta, & vulgata: hæc vt recipiam supponens, & non inculcem, iure fiet, quæ sunt hæc. Primum historia mali cum circũstantijs omnibus accuratè descripta, qua monstratum est ab anno 1618. erupisse insuetum inter nostras gentes affectum, qui homines, potissime pueros extincto, vel præcluso spiritu nouissimè interimeret. Deinde velim apud istos eosdem autores legi, quæ præcesserint constitutiones, siue austrinæ, atq; humidæ, siue, vt alijs placuit, squalidæ, & siccæ propter cometas. Video autem plures, & prudentiores Autores in priorem accessisse sententiam, quam & ego sequor.

Tertio non insumam anxium laborem in declinanda sede affectus, aut vitio ipso, cum vniuersa descriptione interni, externiq; characteris, cumq; infinitis planè modis, & accidentibus eiusdem, quæ res, & nulli non comperta sunt, & ad stomachum vsq; expositæ per omnes, quos dixi. Verum contentus ego sola diagraphe veterum autorum, quæ communis ad vnguem est vitio, quod in præsenti visitur. Hypotyposis autem morbi nostra hæc esto.



PARS

PARS II.

Descriptoria, & Simiotica.

MOrbo huic τὸ θεῖον, quod Hippoc. primus adstruxit, nos diuinum dicere consueuimus, esse nemo dubitauit ad hanc diem, siuè quod Dei prouisoris vindicijs immissus, vt initio præfati fuimus, siuè quod aere communicetur, siuè quod occultæ sit naturæ: quæ tres effatus diuini sunt interpretationes medicorum communes. Nimirum hunc An. Christi supra MDCXIIX. in nostram gẽtem ingressum antecessit boũ annua lues; quo mirum in modum strangulati concidebant. Cum enim primum homines incessit iniqua lues, demirati satis non sunt tam medici, quam naturæ interpretes omnes immanem tum afficiendi, tum conficiendi modum. Extant de hac re propria, & peculiaria Aretæi Cappadocis monumenta, quæ, quoniam breuia, compendiosa, luculenta, accomodata, rata & grauitatem, & maiestatem Hippocr. referunt omnia, præstiterit semel integra, quam concisa sæpius, ac disiecta produci: tum vt antiquæ morbi Idea, quantum hodierna coeat, perspici possit, tum vt suo quasi prototypo, & exemplari norma ad exercitationem hanc omnem parato nobis liceat vti. Interim autem audieris

ris summum virum quasi vices nostras loquentem c.9.l.1. de causis, & signis morborum, in hunc modum versione Iunij Pauli Crassi. Vlcera tonsillis fiunt aliqua mitia, familiaria, non lædentia: aliqua aliena, pestifera, necantia. Mitia quidem sunt munda, exigua, non aliò descendentia, non inflammata, dolorem non excitantia. Pestifera sunt lata, caua, pinguia, quodam concreto, humore albo, aut liuido, aut nigro sordentia. Id genus vlcera Aphthæ nuncupantur. Quod si concreta illa sordes altius descenderit, affectus ille Eschara est, atq; ita græcè vocatur, latinè crusta. Crustam verò circumueniunt rubor excellens, & inflammatio, & venarum dolor, quemadmodum in carbunculo, & exiguæ, raræq; pustulæ, quas Græci Exanthemata vocant, orientes, hisq; aliæ superuenientes in vnū coalescunt, atq; indè latum vlcus efficitur. Id si interius in os depascendo serpit, ad columellam vsq; peruenit, ipsamq; exedit, & linguam etiam occupat, & gingiuas, & frena, id est, dentium alueolos, dentesque inde labefactantur, & denigrescunt. In collum etiam phlegmone erumpit, atq; isti haud ita multis diebus post phlegmone febribus, fætore, inediaq; consumpti intereunt. At si in pectus per arteriam id malum inuadat, illo eodem die strangulat. Pulmo enim, & cor neq; talem odoris fœditatem, neq; vlcera, neq; saniores humores

su-

ſuſtinent: ſed tuſſis, ſpirandique difficultas enaſcitur. Cauſa maleficij tonſillarum eſt frigidorum, aſperorum, calidorum, acidorum, adſtringentiumq; deuoratio: quandoquidem hæ partes pectori ad vocem, ſpiritumq; edendum inſeruiunt, & ventri ad alimenti tranſmiſſionem, & gulæ ad eiuſdem deuorationem obſequio ſunt. Internis verò partibus ſi quod contingat incommodum, ventri videlicet, gulę, & pectori, ad Iſthmum, & tonſillas, & loca ibi poſita mali conſenſus, & eructationes perueniunt. Quapropter pueri vſq; ad pubertatem maximè hoc morbo tẽtantur: præcipuè namq; pueri multum frigidum aerem inſpirant. Quoniam in his plurimum caloris ineſt, & ad cibos intemperantes ſunt, & varia concupiſcunt, & frigidam potant, & excandeſcentes, ac ludentes altius vociferantur. Puellis quoque vſq; ad menſtruæ purgationis tempora hæc vitia vſitata ſunt. Regio Ægypti horum affectuum planè fœcunda eſt: aer enim ſpirando ſiccus adducitur, varios præterea cibos ſuggerit. Radices enim, herbæ, atq; olera ibi largè proueniunt, & acria ſemina, & potio craſſa, vtpotè Nili aqua. Sibi verò Ægyptij ex hordeo, & ex floribus ſcilicet vinaceis potiones acres conficiunt. Syria quoq; maximè illa, quæ Cœle, i.e. caua nominatur, Symodi morbos procreat. vnde Ægyptia, & Syriaca vlcera id genus appellant. Modus verò mortis

quam miſerrimus accidit, dolor quidem acer, & calidus, qualis in carbunculo, ſpiritus vitiatus: exhalant enim maximæ putredinis odorem, eundemq; vehementer in pectus ſpirando adducunt. Immundi adeò ſunt, vt neq; ſuum ipſorum odorem ferre queāt. Pallida his ſcilicet liuida facies, febres acutæ, ſitis, vt igne accenſi videantur. Potum veriti, dolores non admittunt: triſtantur enim, cum tonſillæ comprimuntur, aut potius in nares reſilit. Cumq; decumbunt, ſurgunt, vt ſedeant, decubitum non ferentes, quod ſi ſedent, quiete carentes, iterum decumbere coguntur. Plerumq; autem recti ſtantes obambulant, nam quieſcere nequeunt, ſolitudinem fugiunt, dolorem tollere dolore tentantes. Inſpiratio magna eſt, frigidum enim aerem ad refrigerationem deſiderant: exſpiratio verò parua. Nam veluti igne exuſta vlcera cum ſint, à calido præterea ſpiritu incenduntur, raucitas adeſt, vox nihil ſignificat. Atq; hæc in peius ruunt, cum ſubito in terrā collapſis anima deficit. Hæc Aretæus: quæ nos quidem, quantum tractatuli breuis anguſtia permittit, enarrare primi experiemur. Exorditur Autor κατὰ τὴν διαιρετικὴν τῦ ἐν μέθοδον à diſcriminibus tonſillarum, ſumma. ſ. & prima tractandi omnium hypotheſi; ſine qua luce, aut duce neutiquā benè proceſſiſſet ὁ Ἀρέταιος quaſi ὡς ἀληθινὸς ἀνήρ. Aliqua aliena peſtifera necantia alterum membrum. Fini-

ta

ta a.si rectè dicta percipimus,vtraq; non lę-dentis læthaliter vno,& necantis altero termino. Mitia igitur non lædens genus ritè sequitur,vt qui minimè crudum,sed coctionis particeps est,à fructibus, & pomis ducta similitudine,& vocabulo. Propriè enim,quod coctum, & dulce est gustabili cuiquam, id mite est pomis,si quando dictum est Poetæ, *Sunt nobis mitia poma.*

Vise autem, quæ de miti vocabulo disseruit Ludouicus Duretus in Coacis.

Iam verò mitium classem, & comitatum infra accensebit Author. Interim,amice, aduertis,hic tractari,proponiue tonsillas eatenus,quatenus vlcerosæ,vel vlcera sunt, haud verò,vti tubercula. quippè post vnam inflammationem in hæc non consistentes pergere consueuerunt in vlteriorem abscessum: quinimmò,vt in c.9.lib.1. de morb.acut. curatione ait; Illitiones acrium medicamentorum faciendæ sunt,neq; enim vlcera quiescunt,neq; crustæ in superficie fiunt: q d. sed intimis glandulis familiaria. Sunt quippè tonsillæ plerisq; inquilina, & consuetudinaria,vt puellæ cuidam è Caracciolis,& Marchioni Mirabellæ, quod sit scilicet propria, & priuata capitis,& cerebri crasi,& confirmatione. Quemadmodum enim externo collo luunt strumas, qui compressis vtrinq; tẽporibus,latisq. genis, & maxillis sunt homines Alberto magno autore,ità & interno

guttu-

gutture ſub malè conſtructo capite debent incurrere tonſillas: alij fortaſſis autem quod familiare eſt Aræteo, illud eſt, quod ſpectauit Aetius dicens; aliquando fieri tonſillas conſuetis inflammationibus, familiaribus autem tõſillis ἀντιςρέφοντα reſpondentia ſunt, quæ mox ſubdidit Author aliena.

(*Peſtifera necantia*) Latinibus hominibus eadem ferè ſunt hæc vtraq; laxius ſcilicet vſurpatio peſtiferi nomine. Verum non ita quidem apud phyſicos, & medicos, qui peſtiferi vocem volunt preſſius eſſe, id quod eſt à peſte: hæc verò quoniam non perpetuo necat cunctos, perpetuo, verum hanc pleriq; ſeu natura, ſeu arte præterfugiunt: ideò ſubditum aliud, (*necantia*) Noto autem gradatim hæc propoſita, aut potius diſpoſita: quādoquidem ab alieno gradu ad peſtem itur, ab hac verò ad interitum. Pergit autē κατὰ τῶν σφωτέρων σαφήνειαν noſter author. exponitq; mitium ordinem, quæ ſunt (*Munda*) id eſt, pauca, & exſortia ſordis, de qua non longinque dicturus eſt. Attinet autem hoc ad habitum, & qualitatē. Cęterū quod ad τὴν ποσότητα ἤ τὸ ποσόν attinet, adſcribit & exigua: porrò exilitas ſi quo in vitio laudabilis eſt, in tonſillis, & locis alioquin iſthmi μικροκοσμώδης laudabilis eſt cum maximè; præterquam quod exilitas tumoris vna præſefert vitij mendicitatem ſua natura. quamquam haud ignoro ſæpiſſimè fieri, vt ſub puſillulo tuberculo, & vitij ciceculo latitauerit, & concluſa fuerit

rit

rit vis veneni magna:quam equidem ad corporis miculam ferociæ diſſonantiam oſtendi luculenter in perdolentibus impreſſuris recondi.l.4.de recōd.abſceſſ.nat.Rectè hoc, inquam, fieri. Verum exilitatem probari per Aretæum, quæ accedat ad puritatem etiam, & ad τὴν ἐπιπολὴν καὶ τὴν ἐπιφανείαν vbi videlicet vlcera non ſunt altè deſcendentia. adde,neq; inflāmatione, neq; dolore ſepta, quibus vtriſq; affectibus expertia non ſunt tubercula,quæ ambitu minimo ingentem complectuntur malitiam, & quibus vtriſq; affectibus tonſillæ, vel quæ mites fuerant, efferantur.

Peſtifera poſt hæc deſcribit à latitudine, atq; altitudine,excauata quaſi dicat per omnes ſpatij dimenſus extenſa putredinis infrenis depaſtu, quæ nome dicitur græcè,ab Authore noſtro paulo poſterius exponenda, eo quidem futura deterior, quo ſe in exangues,& ſpermaticas particulas,id eſt,in neruos ſolidos,& in membranas, nè dicam in oſſa deſcenderit.

(*Pinguia*) non natura me hercules, ſed putredine, quæ in oſſa defixa hæc etiam pinguia reddit, authore Cornelio l.8.cap.3. Eſt autem pinguitudo iſta reſoluta ſubſtantia per vim caloris extranei. Poſtquam enim calidum ἔμφυτον eliſit, atque exterminauit; vinculo, quod partes exhauſti corporis colligabat, abacto: ſecedunt ea-

dem, & nullo præsidio fotæ secedunt in limosam quandam substantiam, quæ pinguedinem refert: & refert quidem potissimè pinguedinē colore subpallido, vel inter pallorem, & alborem medio: sic notat hanc Author.

(*Concreto quodam humore albo*) Quamquam, & albo colore, qui minus inuisus est, prætergresso, in liuidum primum, mox in nigrum abit hæc sordes, quam modo depinxi: pessima scilicet vlceris sorte, quemadmodum Hipp. l. 2. prorrh. nota 17. nos docuit.

(*Id genus vlcera aphthæ nuncupantur.*) Elicit ex dictis aphthæ naturam, quasi definierit aphtham vlcus latum, cauum, pingue, ex concremento quodam humoris albi, aut liuido, aut nigro sordescens. Cui definitioni refragari videtur author definitionum medicarum, cui aphtha est ἕλκωσις ἐπιπόλαιος ἐν στόματι γιγνομένη ἐπιπολάζει δὲ αὕτη ἡ ἕλκωσις μάλιστα παιδίοις. Quæ latinè sunt: Aphtha est exulceratio superficiaria in ore puerorum. Accidit autem hæc secundum superficiem vlceratio maximè pueris. Refragantur, inquā ei, quod dixit (*caua*) hæc, quæ grecè sunt ἐπιπόλαιος καὶ ἐπιπολάζει. Veruntamē vt hunc nodum dissoluas, meminisse te oportet, quod sermo est Aretæo de aphthis pestilentibus, & malignis: alteri verò definitori obuersatæ sunt animo aphthæ leuissimæ, & nulla cum putrescentia, vel proserpentia coniunctæ.

Ad-

Aduertis autē, quod Aretæo genus aphtharum vlcus fuit; definitori verò ſecundo exulceratio: diſtant autem interuallo nō modico τὸ ἕλκος καὶ ἕλκωσις. Nempe exulceratio minimè perfectum vlcus arguit, neq; numeris omnibus abſolutum. quamquam contra eſt Aetius, qui l. 8. c. 39. dicens; porro ſi in putredinem aphtha vertatur, non conuenit amplius aphtham eam affectionem appellari: Verum huic ego inquam, ecquis nominum imponendorum inhibeat, præſcribatq; rationem? præſertim cum anxiam nominum curam ſapienti viro abnuat Galenus quam ſæpiſſimè.

(*Quod ſi concreta illa ſordes altius deſcenderit, affectus ille eſchara eſt, &c. vſq; ad exanth. verbum.*) Quoniam quidem hanc cruſtam carbunculo comparat Aretæus, delineatam hanc accipe ex vno Cornelio, qui l. 5. rei medicæ cap. XXVIII. quod eſt de carbunculo ſcripſit hæc. Circa quam quaſi cruſta eſt, eaq; inflammatione cingitur, neq; in eo loco leuari cutis poteſt, ſed inferiori carni quaſi affixa eſt. Idq; vitium ſubteractis quaſi quibuſdam radicibus ſerpit: interdum celerius, interdum tardius ſupra quoq; procedens inalbeſcit, dein liuidum fit, circumque exiguæ puſtulæ oriuntur; etſi circa ſtomachum, fauceſue incidit, ſubito ſpiritum ſæpè elidit. Hæc quidem Celſus: quorum enarrationem ſi cupis, hanc in noſtro ſuper

hunc authorem commentario habebis.

(*Orientes hisq; aliæ superuenientes in vnum coalescunt, atq; indè latum vlcus efficitur.*) Calore ad putredinem primū agente concurrentes pustulæ complures in vnum dissoluuntur, deinde nomin, id est depastum moliente latum vlcus redditur.

(*Id si interius in os depascendo serpit ad columellam, &c.* Nomæ ferinę vi nimirum, quam & l. 1. de curandis acutis morbis c. IX. F. describit etiam per hæc; quibusdam & columella vsq; ad palati os exesa est. quin etiā tonsillæ ad basin vsq; et epiglottida, ac propter cicatricem deuorare, neq; solidum quicquam, neq; liquidum poterant, sed & ipsum, quod bibebat, interdum repercussum hominem fame necauit.

(*At si in pectus per arteriam id malum euadat, illo eodem die strangulat.*) Pulmo enim, & cor neq; talem odoris fœditatem, neq; vlcera, neq, saniosos humores sustinēt. Hæc ab Aretæo reddita causa mortiferæ destillationis. Cui tamen aduersantur experimenta, quod pulmo quidem vomicas, & tubercula diuturna, & vsq; etiam vlcera sustineat perstante vita hominis ad decades annorum etiam vna plures: Cor verò, vt ostendimus hoc eodem opere, vitia pleraq; hoc est, tubercula, sciromata, vlcera, concremēta multigena, & horrenda patitur. quanquā autem eius facti multiplicis plenam, & satis-

fa-

facientem ibidem expoſuerimus rationem: nihilominus placet magis ea ratio, quam idemmet protulit author in l.1.de curatione acutorum, cap.9 per hæc; Verum ſi ab his tonſillarum vlceribus, puta, ſanies ad interiora deſtillet, celeriter partes etiam, ſi integræ ſint, exulcerantur, celerrimèq; vlcera interius depaſcendo ſerpunt, atq; hominem perdunt.

(*Cauſa maleficij tonſillarum eſt frigidorum, aſperorum, calidorum, acidorum, adſtringentiumq; deuoratio.*) Aretæus quidem cauſam maleficij demonſtrare volens, prauam victus rationem compluribus adſtruit argumentis. Cuius vniuerſæ argumentationis capita, & propoſitiones cum non ſint declaratæ ſatis, neq; explicatæ, præſertim ſecundum noſtram inſcientiæ exigentiam pace grauiſſimi viri, difficile ſit attendentibus, aut deprehendere primum ſententiam ipſius, aut vim rationum, atq; vniuerſam demonſtrationem comprehendere. Itaq; nè tanti viri ſcriptis vſi fuerimus gratis: eius vſuram dare conabimur cum fructu ſic, vt aliquando operæpretium feciſſe videamur. Igitur, vt intelligatur Aretæi diſſertatio, proponendum eſt ante nobis eius propoſitum primum, & vniuerſus progreſſus gradatim animo percurrendus. Primum peſtilentium tonſillarum vitioſus victus eſt cauſa, demonſtranda, ſtatueris paristhmia, fauceſq; com

plexim sumtas pro alibilib. simul, & spiritualibus vijs ianuam esse, tú plerisq; subeuntibus in corpus tum egredientibus substãtijs, quæ nihil quidem exasperando, nil pariter etiam lædunt transitu partes; cum verò exasperãt, & labefactant, in promptu concitatum tonsillæ senserint malum. Atq; pleraq; sunt, quæ exasperant, tum quidem per se particulam, tum internis partibus incommodando; quæ cum postmodum incommoda refundũt in eandem partem vicissitudine quandam facta. Exasperant, inquam, alimenta prætereuntia, dum subeunt in ventriculum, frigida nimirum, aspera, acria, quæ vocat calida, acida, adstringentiaq; Quo facit illud Archigenis ap. Aetium hoc sermone, c. 47. occultæ anginæ causam esse in quibusdam neruos, qui ad stomachum feruntur, dum malè afficiuntur, & post inferioribus membris, pulmoni, inquam, & cordi respirandi principium inflammant, arterijs verò, quæ carotidas appellant, itemq; alijs adiacentibus indè inflammationem transmittant. Cum hoc autem in omnibus ætatibus promiscue fiat, potissimum in pueris fit sępissimè, quibus inspirandi frigidissimi aeris vsus multus est, vt qui calore multo exæstuent. Deindè sua ipsorum viuendi intemperantia, & ciborum varietate labefactantur, & corrumpuntur succi, qui accessu suo partes pariter labefactant, atq; corrumpunt. Tertiò, quia frigi-

dam

dam potant, quartò, excandeſcentes, & ludentes altius vociferantur.

Dixit hoc genus vitio pueros, & puellas impuberes obnoxios, mox dicit, & Regionē Ægyptium, & Syriam vallosam eidem malo comparatam eſſe propterea, quod incolis aer ſpirando ſiccus adducitur: Deinde varietate ciborum, olerum multorum, item variorum ſeminum, id eſt, leguminum, quibus & Alexandrinis prauos gigni ſuccos obſeruauerat Galenus. Item aquæ Niloticæ potione craſſa, nec non ex hordeo, & vinaceis confectis potionibus acribus bilioſus creatur ſanguis, qui ad tonſillas nempè laxas, & imbecilles delatus has inficit, & conterit facilè. His ſic per nos diſpoſitis, & enucleatis, vides iam lector, tonſillarum peſtilentium binas in vniuerſam cauſas, ſiuè pueris, ſiuè certæ genti perpetuas eſſe, aut exaſperatis, inquam, aut alimenti vitio variè corruptis partibus. Itaq; cauſa primum redditur vniuerſalis, mox puerilis ætatis, & regionum peculiaris.

(*Modus verò mortis quam miſerrimus accidit.*) Suſpendio nimirùm ſimilis, & quod non aliter, quam laqueus præfocans interficiat: nam Græci anchones ſuſpendia vocauerunt; quæ fermè verba ſunt Aureliani lib. 3. acut. cap. 1. quod eſt de cynanche: exoſa, inquam, moriendi ſors, adeò hoc moriendi pauore conſternati fuerunt magnanimi Heroes

roes ap. Homerum Laodamus, apud Virgilium Æneas, de quo cecinit Poeta:

Extemplo Æneæ soluũtur frigore membra:
Ingemit & duplices tendens ad sydera palmas
Talia voce refert: ò terq; quaterq; beati,
Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere.

(*Dolor quidem acer, & calidus*) incensiuus Auiceonæ more l. 1. doct. 1. sum. 1. c. 1. rectius autem incendiosus, latè, vndiq; exspirante igneo feruore, qui inseparabilis est aphthis, quas exulcerationes habentes in se quiddam igneæ caliditatis dixit Aetius VIII. c. 39.

(*Spiritus vitiatus*) Dixissem equidem potius halitus, alaine Gallicè. Exhalãt enim maximè putredinis odorem; id quod fit quidem certè pestifera corruptione; verum is fœtor vberrimè nanciscitur causam ex conditione partium affectarum, quæ sunt adenes, carnes puta humidissimæ, & flauissimæ; in anguloso præterea loco conclusæ, quæ inter omnes minimè possunt respirare.

(*Eundemq; vehementer in pectus spirando adducunt*) vt gaudet porro spiritalis, vitalisq; præcordiorũ natura puro, limpidoq; aeris attractu: sic contra tetro, & coinquinato tristatur. Iam audi diligentiam, & emphasin Aretæiam; namq; addidit quasi cogi

na-

naturam, vt abunde attractum aerem fœdũ cogatur attrahere; attrahit autem abunde in tanto æſtu, in quanto ſunt anginoſi, pręcipuè pueri, natura calidiſſimi, vt præmonuerat dudum.

(*Immundi a .ſ.*) Exaggerat immunditiẽ, quæ eſt tanta, vt neq; ipſi ſuarummet carniũ fœtorem ferre poſſint, q. d. quanto igitur grauius ferant appropinquantes.

(*Pallida .ſ. liuida facies*) vitio præcordijs incumbente, à pulmone præſertim, qui de proxima vicinia, qualis ipſe eſt, tales, & genis refundit colores.

(*Febres acutæ, ſitis, vt igne accenſi videantur*) facta compreſſione, & putredine inita partium reſpirationi dicatarum, & ſæpe etiam pręcordiorum ipſorum. Id equidẽ per initia fieri vidi, rarior autem cauſos febres noſtro tempore: quin, vt verè dicam, videntur tepentiores, atq; vt capite ſeptimo vocat hic idem Author, ignauæ, molles, nihil proficientes.

(*Potum*) & hic emphaſis etiam eſt, quippe quod maximè auent per ſitim, idem per alia incommoda refugiunt, & exhorrent: adeò præponderant hæc incommoda frigidi, humidique appetentiæ. Sunt autem incõmoda duo grauiſſima, & potu tõſillas comprimente, & eodem per nares à faucibus refluente.

(*Cumq; decumbunt.*) Pergit Emphaſis,

quod,

quod, quem maximè appetant, & consultu-rum sibi credunt componendi corporis modum, hunc experti continuo renuūt, atq; vno, eodemque tempore decubitum cum sessu commutato, mox sessum cum decubitu commutant, & rursus neutrum experti commodum recti deambulant domo, quietem odientes, quæ ambulatio offensa inquies est continuo. Adeò nullus corporis continendi commodus vsus est.

(*Solitudinem fugiunt.*) Consuetudines hominum consequuntur, in qua cum doloris pars sit, se solos cernere grauatos, nihilominus hoc dolore priorem dolorem repellere tentant, sed sine fructu.

(*Inspiratio.*) Magna est frigidi aeris vsu, & inopia, sed nihilominus amplè inspirati non tanta identidem est respiratio, q. d. (ἐμφατικῶς φράσις est) ingressus, & egressus ratio par, monstrante Gal. in l. de respir. at ne respondet tamen regressus ingressui propterea, quod plus attrahunt refrigerandi æstus studio, quam reddere possint, non reddunt autem mali cuiusdam fuga, & concepta omninò cautela, nè retorrida vlcera retorreant insuper efflatu feruido.

(*Raucitas*) est alluuione humoris.

(*Vox*) nihil significat, corruptis, & peruersis eloquij particulis effectricibus, plerisque, quę sunt gargarion, &c.

(*Atque hæc in peius ruunt.*) Sic cum flatus

tus languentis semper in peius ruat, neque nocentis luis vllus modus sit pessundatis, & prostratis virtutibus repente spiritus deficit miseros.

Cappadoci successit scriptor Amidenus, cuius & è re nostra fuerit pleraq; ordine imitata huc transferri. Crustosa, & pestilentia tonsillarum vlcera, vt plurimum nullo præcedente tonsillarum fluxu incipiunt: aliquando à consuetis fieri inflammationibus maximè efferatis perficiuntur. Fiunt autem frequentissimè pueris, atq; etiam ætate iàm perfectis, maximè his, qui vitiosis humoribus abundant, in his, quæ vere contingere solent, pestilentibus constitutionibus. In pueris verò, oris vlcere, quod aphtham vocant, præcedente omninò perficiuntur. Sunt autem partim alba, maculis similia, partim cinereo colore, aut similia crustis, quæ ferro inuruntur. Accidit autem ægris siccitas in transglutiendo, & suffocatio coaceruatim incidit, maximè quum rubor subeat mentum, aut vbi hæc acrimonia præterierit. Nome, quæ depascitur locos, excipit, succeditq; vna putrefactio. Cui græcanicæ morbi figuræ dispar haud est Italica nostra, nisi quod paulo auctior per Symptomata capitis, quæ minimè recensita veteribus hisce scriptoribus visuntur, non infrequenter in nostris hominibus malè affectis: præsertim viris, & fœminis natu iam grādibus. Equidem inter cę-

teros notaui duos, qui non ſine comate, ſtupore, caribaria, atq; alijs hoc genus occubuere. Neq; enim Sæua proſerpina pepercit capiti Medici, credo, quadragenario maioris, cui nomen Philippo Luciano, cuius & medicorum ſuorum, vt complurium aliorũ inertiam non poſſum non accuſare. Altera fuit Laurentij Pharmacopæi coniux, quæ delira per morbum ſæpè apparuit, morbo cõmortua. Excretiones è naribus conſuetę, putridæ, pituitoſæ, ichorodis, aliquando cruori commiſtæ, aliquando dumtaxat cruentę meræ: Qua de re audi nobiles hiſtorias. Puella nubilis in parthenophylacio Spiritus ſancti eodem affectu dirè grauata cum exitum è ſtrangulatu expectaret, ex ſubita hęmorrhagia profuſiore præſentaneam opem ſenſit, poſtremo verò ex malo ori venefico ſeruata, incertum qua noua morbi vi fuit inopinè ſublata. Verum ea fortaſſè cauſa, quam ab Aetio traditam paulo poſterius exponemus. Interim ſcire licet, vnum è tribus pueris, qui peſſimè habuit inter cęteros, & neruorum languore relictum cruribus apprimè imbecillum, atq; oculo ſtrabum tranſuoratu verò ſic impeditum etiã à diu præterito affectu, vt vix emollitum humore panem demittere valeret: quamquam duriuſculas panis offas, & ſolidas molles fabas ingereret commodiuſculè. Quorum duorum paradoxorum ſymptomatum, problematumq; ratio-

tionem grauissimè declarauit Andreas Cæsalpinus in l.2.cõtrouers.med.c.13.qué referentem, quia mihi nunc referre non vacat, adi. Qua eadem sanguinis per nares excretione facta puero decenni Ioan. Laurentij Bozauotræ filio salus perfectè reddita est: quamquã hic iugularis venę sectione fuerat egregiè leuatus: obseruante hæc Mutio Capalbo Medico, qui ad Galenicam medicinã Hermeticam peritiam bellè addidit. Indicãt hæc porro non obscurè superiore tonsillis loco sedem affectam, quæ cerebrum est. Cum nostræ suasioni fauet anatome complurium corporum vi morbi enectorũ, in quorum capitibus exectis reperti grumi sanguinis lato schęmate diffusi sub maximos sinus membranæ crassioris. Accedit & quod in duobus filijs Iacobi equitatoris extra portam regalem pueris prouectioribus, & in Dionysio Seuerino quinquenni puero dira lues nares vtrasque compleuerit putridis, & præaltis aphthis, quæ viru putidissimo manabant. Quid? quod cum putrilaginem reddere visæ sunt nares, vt cerebri substantiam retulerint, testante Ioan. Baptista Ferrario, Medico nostrate ingenij singularis. Sed & illud silentio non inuoluendum, quod etsi tonsillas pestilentes, & vlcus Syriacum hocce vitij vocitemus; nihilominus obseruatum est sępè supra strangulatum, & puris iam vlceribus sublatos pueros morbo, qui liberi

fue-

fuerant reputati. Quinimmò post xxx. dies, & xl. iam prærepti morbi furoribus præter omnium opinionem ex improuiso sunt extincti. Adeò scilicet latitans, & recondita veneni vis est.

Sed cum his etiam morem morbi venemur præcipuum. est enim & aliud discrimen nobis obseruatum apertis formis, quarum altera est acuta, & fermè furiosa: altera propè sedata, & lenta, quas vtrasq; fortasse determinat tēperatura corporis, humor præualens, habitus, sensus, mos; & hæc quidem in eadem vrbe, oppido, pago; Cęterum in longinquis, & dissitis locis binos hos duos morbi mores definiuerunt quoq; constitutio, & tempus anni, aer, aqua, loci victus, & cęteræ quædam occasiones, aut causæ: Acutus quidem morbi mos, & feruentioribus symptomatis, & febre ipsa septus est acriori: cōtra verò lentus, & serotinus mos sedatioribus est motionibus, & transcursibus ad tēpora. Reliquū verò, quāuis concitatior inflammatione, & acrimonia non sit; nihilominus neq; sua deficit nocendi vi, & virulentia, si quis sit, qui sagaciter, & oculatè diiudicare vitium per leues suas conuersiones, & immutationes norit. Porro dolor altus nutrit, & tacitam improuidæ naturæ perniciem struit. Itȧ fit plerumq; vt puris apparentibus locis, vlcerum, & crustarum opinionem boni faciens, tamen exugit viuificum

ge;

genio nectar, & ceu falsus Dux vitam in præceps deducit: quem in multis ludificatum superiori nos sermone retulimus. Quãquam, & in hoc sæpè transcursu innocens, & infraudulentus est idem morbus, quam sinceritatem etiamnum agnoscere, ac deprehendere debet is, q; dextrè curat ne suspicione malorũ adductus medẽdo pleraq; faciat, quæ fuerant minimè facienda, tum quidem aduersus creditam vitij vim pugnans chirurgia, & medicamentis grauissimis, tum ne naturã in cõpetenti victu foueat, & laxet, vbi nõ licet. Verũ hæc ad medẽdi prouidentiam, & ad cautiones pertinent, de quibus suo loco. His adde per nostros omnes Scriptores obseruatum, noctu magis quam interdiu grauari decumbentes: & horum plerosque recta ceruice respiratum carpere, cum patore, vt Scribonius loquitur, maiore narium, & diductione. Prætereà collum, & glandulas, & per se totum extumescere, quin & ad superiorem thoracem excurrere latũ œdema. Quæ autem in Sporade angina indicium erat boni extumescentia: hoc pestilentis argumentum est certissimum, saniem, & cruore confusas pustulas nigras hoc illo loco paruas, Ecthymata, & pustulas pulicum morsus referentes, lumbricos, vomitus, febrem: postq; omnia seruatus homo restat lãguidus, stupens, & in multum tempus imbecillis.

PAR-

PARTICVLA III.

Disquisitoria causarum. s. ætiologica.

IAM verò maiore labore dirè depopulantis affectus naturam, ac τὸ τί ἐ peruestigemus, de qua re nostri omnes certant, & adhuc sub Iudice lis est. Constitutum est apud vniuersos ab æuo philosophos, vbi rei cuiuspiam est abdita natura, hanc à suo proprio, & inseparabilitèr assidente conditione venandam, & cognoscendam esse: Hanc vnã, & singularem in obscuris inuestigandam viam esse. Atq; si propositi mali, vel verè proprias, vel proprij locum obtinentes conditiones acri mentis indagine perscrutemur, facilè deprehendemus, & contagiosum, & pestilentem affectum hunc esse. Quod autẽ ad contagium attinet, hoc tum communi omnium consensu, atq; experimento euincitur, tum etiam comprobatur ratione triplici, à priori nimirum, & à posteriori. Ratio quidem à priori paulo posterius exponetur. interim contenti simus à posteriori illa, qua docetur, insigni, & tetra putredine septos morbos omnes contagiosos esse. De quorum numero sunt exponendæ conditiones: quæ doctis omnibus & Hieronymo Fracastorio recensentibus numero sunt tres. Prima est, quod contagium nititur, & sese pro-

mo-

mouet ſeminarijs, quæ calida ſunt, & humidæ particulæ, putres, diuaporantes à ſubiecto corpore. neque autem inconſulto binæ iſtę ad infectionem qualitates coniugatę ponuntur. Humidum enim partes eius corporis, in quo eſt, emollit, & laxat, ad facilem harum ſeparationem quaſi præparando: calidum verò ſurſum attollendo ſeparat eaſdem: quas ob res craſeos totius, ſeu miſtionis reſolutio ſequitur, calido innato, innatoquè humido effluentibus: Sic certa iam eſt ſeminariorum, duarumq; qualitatum in his coeuntium neceſſitas.

Præter qualitates autem has primas ſunt & aliæ, tum ſecundæ, tum tertiæ ſeminarijs. Porro compactam admodum miſtionem habent, cum qua lentor quidam glutinoſus coniũctus eſt, & cum lentore tenuis, acriſq; vis putredinis vnius miniſterio profecta. Qua quidem acrimonia, ac tenuitate ſubſtantiæ fit, vt iſthæc ſeminaria facilè penetrare, propagariq; poſſint in aliena corpora. Penetrationis autem modi ſunt tres. Vnius per vim analogiæ, ſecundus per attractionem aeris, ſiue inſpirationem. Tertius per arteriarum, & venarum dilatationem, quem dicunt tranſpiratum.

Secunda ſeminariorum proprietas eſt, quod in conſtituta, certaque ſubiecta nutum quendam, & propenſionem habent, quæ dicta Græcis analogia eſt. Hæc autem eſt mul-

tiplex, & secundum superiora genera, mediasque species, & secundum infimas etiam. nimirum nunc ad arbores, & ad sata, nunc ad certas animantium species, & ad hominem spectat. & ex humana specie partim ad sexus, partim ad ætates, partim ad certos humores, & ad certa membra occupanda naturalitèr comparata est.

Tertia seminariorum proprietas est, quod sordidam, conclusamq; putredinem habent. Sordidam intellige, in qua non superficialis, sed profunda, & secundum totum fit putrefactio, euaporatioq; corporis putrescentis. Conclusam autem dico, non abeuntibus à corpore, quæ euaporāt, sed sese agitantibus, & feruescentibus intimè. Cuius quidem rei causa est lentor, & tenacitas materiæ putrescentis, qui lentor adhæsu firmo non finit quidpiam extra mitti.

Hactenus de contagij complexu, & proprijs conditionibus: nunc ad pestilentem morbi conditionem breuibus enarrandam accedo. Atq; hæc etiam plana est per definitionem à probatissimis Authoribus traditam, & sub tribus, vt vocant, additamentis comprehensam; quarum prima est epidemię mentio, secunda putrescentis aeris ambientis, tertia funesti exitus à malignitate. Hæc inquam omnia subsunt in proposito malo: quare iam pestilens idem sit, oportet.

Quibus iam constantibus accedo præ-

pius ad rei caput,& primum ad morbi procreationem.& quoniam, inquam, monſtratum eſt,luem per analogiam ad ætatem, ad certas partes,certoſq; humores ſpiritu attractos inſinuari:dico labis iſtius analogiam ſpectare ad puerorum naturam,ad ſanguinē crudum,& ad cerebri domicilia. Hæs ſingula accommodata, & propria peſtilenti malo noſtro eſſe videntur.

Analogia quidem ad puerorum naturam longa obſeruatione certa eſt; ratio verò incerta. An enim fortaſſe ſit, vt ſic comparati pueri ſint propter excedens calidum, & humidum:temperaturam nimirum ad putredinem,& ad peſtem concipiendam,vt Mercurialis notauit, quam maximè accommodatam. An verò huic affectioni ſunt obnoxij pueri propter naturalem impotentiam obſiſtendi cauſis iſtis morbificis,prędití ſcilicet imbecillo, tenero, laxo,ſpongioſo corpore, & multo maximè cerebro. An ſit inordinati victus,& vitæ cauſa: qua ſubindè ſanguis redundat crudus, atq; adeò coinquinatus hic, & impurus fit paratior ad putredinem, & exindè ad luem recipiendam. Quo loco dicam tempeſtiuè de analogia, quam lues hæc habet ad eundem,crudum, coinquinatumq; ſanguinem. Analogia,inquam,non alogа,id eſt,irrationalis, ſed certè conſentanea: quandoquidem in habentia ſymbolum facilis eſt tranſitus. Atqui habent hæc

symbolum, seminaria scilicet calida, & humida in sanguinem item calidum, & humidum, & impura in impurum.

Restat exponenda analogia peculiarem sibi vendicans partem, necessaria quadam lege præscriptam, vt disertissimè demonstrauit G. Falloppius, l. de morbo gallico c.36. quæ mea quidem opinione cerebrum est, his argumentis. Nam eo primum supposito, quod probatissimorũ omnium Authorum consensus docuit, contagium ad distãs, atq; omnem pestilentiam communicari per aerem coinquinatum; porro aer Hippoc. l. de morbo sacro primum admittitur à cerebro, relinquens in ipso suum ipsius vigorem: si enim, inquit, in corpus primo adueniret, & posterius in cerebrum dignotione, aut iudicio in carnibus, & venis relicta: ad cerebrum calidior iam existens perueniret, & nõ sincerus, ac purus, sed admixto humore à carnibus, & sanguine. Hæc ille; quibus accedit, quod cerebrum ad patiendum, & ad suscipiendum maximè imbecillum, & minimè obsistens, molle, scilicet laxum, ac præsertim humidum, & glutinosum est, quod vnicè facit ad concipiendam labem humidam, & glutinosam. Ad hæc cerebrum est glandulæ consimilis, nisi nos fallat Hippoc. l. de glandulis n.7. atq; glãdulas apprimè corripit pestilentia; nimirum parotidas, alas, inguina, quod experimento quotidiano docemur.

Po-

Poſtremo conſtat ſanguinem fœdum, putridum, putidumq; manare ſub iſta lue de naribus, & vocem rancidam ex his prodire: quod partim humorem, vt dixi, crudum, partim affectam ſedem oſtendit. Atq; hæc de generatione ſint ſatis. Quæ cum demonſtrare voluerim naturalibus adductis cauſis manifeſtarijs, nō eſt tamen, quod occultæ morbi formæ fuerim oblitus.

Generationis nunc modus tractandus ſequitur, qui ſic habet. Deductus aer putris per canales priorum Sinuum cerebri peruenit ad retiformem plexum arteriatũ, & venarum. Ibi primum corrupto ſanguine mox ſecedit, & penetrat corpus cerebri: Quod corruptum reſtat à poſtremo contagio. Quo tempore conſummatur ſtatus, & forma, ſiuè idea morbi. Hæc enim, inquã, ſphaceliſmus eſt, & corruptio cerebri, ex qua deindè ſequuntur affectus alij, ac ſymptomata omnia. Quod autem corruptio ſit cerebri, ne quid te moueat: audi Hippoc. qui l. 2. de morbis n. 1. Corrumpitur, ait, cerebrum, cum aut nimium calefactum, aut perfrigeratum, bilioſum, aut pituitoſum plus ſolito factum fuerit. Et de coacis pag. 117. col. 1. cerebro corrupto alij in tribus diebus, alij in 7. moriuntur: Hos verò ſi effugerint, ſeruantur. Cuius eſt ſimilis ſententia in aph. 51. l. 7. quo loco Galenus corruptionem non accipit vulgari modo, ſed vt docet Marinellus, na-

tiui caloris exſolutionem à materia præualente. Ad quam quidem opinionem ſi accedimus, non mirabile fiet, quod morbi quidam, & læſiones cerebri non conſequuntur perpetuò, vt apoplexia, catalepſis, & cęteræ organicæ paſſiones, quæ obueniunt ſecundũ neruos, & ſinus, ductuſq; cerebri. Hæc alioquin paſſio fit ſecundum cerebri ſubſtãtiam æqualitèr. quemadmodum autem ab hectica febre non agnoſcitur dolor, aut alteratio aliqua præcellens: & ſine his etiam ad mortem itur: ſic & in re noſtra non eſt cerebro præcellens officialis aliqua læſio, præſertim exordio: ſed concluſa illa, & profunda labes, cuius memoriam ante fecimus, tacito quodam exitio perdit omnem eiuſdem craſin, quæ dum fiunt, communicatur & ſubiectis partibus vitium, id eſt, vicinæ tracheæ, pulmonibus, ac ſubindè cordi. Poſtremo, quibus omnibus ordine propoſitis facilè patet, naturã affectus vniuerſa, faciliſq; etiam fit inuentio definitionis, quæ fuerit, ſi placet, hæc. Morbus hic, quocunq; tandem nomine indicetur, nominandus autem facilè à promptiore ſymptomate tonſillæ cruſtoſæ, eſt ſyderatio cerebri peſtilens, contagioſa, à ſeminarijs impensè putridis delatis cum aere per ventos præſertim auſtrales ad glandulo ſas puerorum partes analogia. Ex qua definitione, ſeu mauis deſcriptione, & ex qua priore noſtra enarratione ſubindè compre-

pre-

prehensæ sunt & causæ omnes, præter vnam finalem, quæ medica in contemplatione nõ extat. Formalis, inquam, causa est sideratio pestilens, contagiosa. Efficiens verò seminaria impensè putrida delata cum aere per ventos australes. Materia verò siderationis sunt humores, seu succi perdentes, vt Aretæus vocat, intra corpus subiectum puerorum, & sanguis earum crudus pesti maximè obnoxius, & accommodatus propter eã, quę cõmemorata iã fuit, analogia. Possunt, & facilè per hæc enodari problemata quamplurima ad singulas omnes causas, & ad generationem generationisq; modum attinentia; quæ problemata propositi nostri nõ est, hoc tempore explicare. Interim tamen non obliti cęterarum disputationum, quæ cum hac epidemia coire solent: Harum quædam intra nos sæpè, aliæ & longè plurimæ sunt extra nos positæ, quæ potissimum etiam à nostris omnibus sunt commemoratæ. Illarum, quæ intra nos extant, aliæ permanentes, aliæ mobiles. Harum exemplũ apud Aretæum l.1. de acutis affectionibus cap.9. fuerit fortasse, quod puellis vsq; ad menstruæ purgationis tempora hæc vitia vsitata sunt. Earum verò, quæ in nobis sunt permanentium exẽplo sunt endemicæ tonsillæ, quę Aetio authore in Tetrab.2.serm.4.c.45. frequentissimè inflammationem incurrunt: Calidi, & humidi cum sint earum loci. Item quod hac

affectione corripiũtur, hi maximè, qui plurimo abundãt sãguine, ac pueri, vtpote crasin tenerã habentes. 3. ꝙ à consuetis fieri inflãmationibus maxime efferatis producuntur pestilentes tonsillæ. Ita quidem; hi bini scriptores, quibus nos addimus aliam à nullo notatam, sed à natura ipsa clarè docente nõ dicente dictatam: quæ causa est praua capitis constitutio. Nimirum cum existente magna capitis prominentia postica, deest antica, cum compressis temporũ lateribus, ac syncipite, quibus meatibus coarctatis, cum non habeat effluxum humor per transitus, & emissaria anteriora, recurrere cogitur in posteriora, & ad glandulam pituitariam, vnde vitium in fauces traducitur demum. Adhæc est debilitas capitis natiua, his præsertim pueris, quibus diu manserunt inconsutę suturę, & incommissæ commissurę. Insuper est impuritas corporis, & adhæsus superfluitatum primarum, à parentibus relictarum: quę superfluitates educuntur maximè per exanthemata variolarum, & morbillorum. Horum igitur inexpurgatæ materiæ, & adhuc fotæ corpore nonnihil adiuuant hoc morbi genus, de qua re in nostra Pædarthorace fusè traditum est. Adiuuat & cachexia, siue semine parentum, siue lacte nutricis inducta; cum hac autem cõprehensa velim & corpora languidis visceribus instructa, quæ dicta sunt Hippocr. 2. prorrh. κακόσπλαγχνα.

Adiu-

Adiuuat & cacochymia. Ad ſummum debilitas,ſiue imbecillitas,prçſertim,quç fit propterea, quod ex vetulis parentibus geniti fuerunt apoplecticis, epilepticis,rheumaticis,podagricis,cachecticis,&c. Quas internè latentes cauſas ſi quis inſpicere norit, mirè diſcreuerit profectò difficillimè ſeruādos à facilius euaſuris. Equidem, quod ad me attinet, maximum eſt iſtorum diſcriminum, & huius phyſiognomiæ vſum indies medendo nactus ſum. His adde ſtrumoſos, & tineoſos, & quibus viciata pars eſt tonſillarum,ab alio vitio fuit,vt apthis,vlcere columellæ,carie ſyphilia,&c. Succeduntextra nos cauſæ,è quibus vna ſuum eſt ſydus cçleſte,quod aſtronomi taurum ſtatuunt, dominans huic parti peculiariter, infenſum pro tempore. Secunda cauſa eſt regio calida, & humida meridionalis,ventis perflata auſtralibus,& calidioribus. Quod miris confirmatur experimentis, nimirum Hiſpania primum adnotantibus ſuæ gentis ſcriptoribus, primo,& doctiſſimo Ioan.Alfonſo Fonſeca, mox etiam Andrea Tamaio in tractatu de Garotillo, q.d.de ſtrangulante funiculo per vectē intorto. Prima fuit,quæ mali vim huius acerbè ſenſit: poſthæc Melita,Sicilia, Sardinia,Hydruntum,Apulia,Calabria, Latium, tota denique ditio Neapolitana, cui poſt annos XXII. mordicus ſic adhæſit, vt plerique credant,poſt longa etiam ſecula

non

non abscessuram luem. Quod autem ad ventos attinet meridionales; quia lues hæc per interualla, perq; stata tempora insurgit, obseruatum à nobis est, sub austrinis constitutionibus eius maximè sæuitiam præualere. Ad has causæ aliæ sunt, vt Aretæo placuit, refrigerationes magis, exustiones minus, plagæ frigidæ, potus, ebrietates, saturitates, & mala à respiratione prodeuntia. Ab Aetio verò nominantur, & tempestas frigida, rigidaq; feruidæ, & æstuosæ succedens. Ita quidem ille, quibus equidem addo, venatus matutini pernoctatio sub dio, præsertim sub Lunæ radijs, ventosa, & frigida, aquosa, palustris hospitatio, fungorum abliguritio: Posthæc victus ratio est, de qua, sicut iam legimus, Aretæus. Addunt & Spagyrici, è quorum numero primus Theophrastus est, l.2. Chirurg. Magn. cap. 1 sub F. ex maiore mundo in minorem deductam prunellæ causam suo ipsorum sermone vulgatam, quæ est arsenicum, & realgar resolutum; de qua re lege Chirurg. Spag. S. 1. cap. 9. Ioan. Petr. Fabri, Doctissimi Medici, Philochymici præclari.

Cęterum sunt aliæ causæ à principibus nostris scriptoribus assignatæ, maligna inquam, & epidemica destillatio, quam nitrosam Hippocr. voluisse certa suadet coniectura: de cuius vsu, & atrocia vide l. 1. epidem. sect. 7. & enarratorem Galenum. Vide-

tur

tur & alia cauſa producta à Theopraſto, qui, cum conſtituerit tres peſtis ideas, vnam à reſoluto ſale arſenicali, à quo peſtis eſt communiter dicta; aliam à ſale ogertino. i.e. auripigmento, cuius vitio fit pleuritis peſtifera; tertiam à ſale vitriolato, per quã eſt prunella, ſic iſtam definiuit, quod ſit paſſio principalis cum paroxyſmo proprio exiſtens in caloribus, ducens originem ex ſalibus vitriolatis. Ad hanc autem prunellam cum maximè analoga ſit noſtra pædanchone: hęc ſimiliter vt prunella, cauſam agnóſcet ſal vitriolatum extra regionem propter ſubtilitatem de ſua teſta, alias ab Iliadò reſolutam, vt in fragmentis c. proprio p. 306. quæ fragmenta fac videas compendij noſtri gratia Lector.

PARTICVLA IV.

Præſagitoria.

SEd iam tempus, vt cautiones aliquot, & iudicia lectiora proponamus. Qua in re mutuabor, quæ tradiderit Cappadox oraculum primum l. 1. acutorum, cap. 7. Tumor foras in ſublime elatus à pulmonis inflammatione liberat: intus verò abditus anginã patientibus perniciosum malum eſt. Quanquam autem id de conſuetudinaria non peſtilenti angina prolatum ſit; nihilominus ad pe-

pestilentem transferri quid vetat? Quiduè etiam, vt illud, quod capitis principio proposuit, huc transferamus? Anginæ, quę compressis, & submissis paristhmio adiacentibus partibus, id est, lingua, gurgulione, palato, sed interius compressione maiore inflammatione, & strangulatu fit: quam celerrimè succurrendum; quod hac ægrotantes, celerrimè rapiantur. Audi verò Cœlium Aurelianum, acut. morb. l. 3. c. 2. si peius increuerit, linguæ vltrà dentes ad exteriora propalapsio: ariditas, siue siccitas faucium, articulorum gelidus torpor, pulsus celer, densus, iacendi difficultas, & magis in supino schęmate, vel in latere, frequens etiam sedendi cupiditas, item loquutio non articulata, sed confusa, atq; cum dolore. At si in exitium passio cęperit ferri, liuor vultus, vocis amputatio, gutturis, atq; pectoris stridor, & recursio, siue recursus poti liquoris, pulsus defectio, quam Græci ἀσφυγμίαν vocant, & quibusdam caninus vocis sonitus, quibusdam oris spumatio: tunc etiam necessario mortis effectus. Nunc autem ex Aetio iudicia, & cautiones audi dicente, c. 466. p. 482. Sunt quibus etiam corroduntur gurguliones, atq; vbi diutius perstiterunt, vlcerationes, & in profundum proserpserint, cicatrice iam inducta adstrictiorem vocem edunt, reflectiturq; ipsis potus in ipsas nares. Nam & ego puellam noui, quæ post quadragesimum tandem

dem

dem diem cõsumpta est, cum se iam à morbo colligeret. Verum ad septimum vsque diem plurimi periclitantnr. Concordat Aretæus l.1. de cur.acut.mort.c 9. p.80. Iam autem ea, quæ antehac proposuerat idem Aetius, referre non grauabor: Sunt autem hæc. Febrium quoq; curam habere conuenit: vehementes enim incidere solent, atque in repurgandis, explanandisq; vlceribus maximè sollicitum esse. Conuulsionem enim infantes plurimi passi sunt in vlcerum repurgatione: aliqui verò via transglutiẽdi eschara sunt strangulati. Admonuit autem, & de metastasi aduertenda funesta idem Author, c.48.F. quæ est hæc: Valde autem magna sollicitudine, & contentione opus est, etiam tum, cũ malum remitti forte videtur. Etenim ea, quæ iam ex profundo corpore circa fauces attracta sunt, ex improuiso in pulmonem transferuntur, si negligãtur, atq; ità repente mors ægro infertur. Verum eadem vlcera cum modo memoratis, aut cum compluribus ipsorum, mala. & præterea, si cum insigni putredine, putore, nigrore pessima. facilè passio hæc ex occasione parua recurrit. Aurel. l. I I I. c. I I I. Recidiua autem inflammatio sub hoc morbo, malũ, quod se prodit tum experimento verum: tum testimonio Auicennæ, qui l.4. fen. 2. tr.1.c.20. Peior, ait, est recidiua sua radice, cuius rei rationem reddit, c.25. dicens, ꝙ fiat recidiua

ſub virtute debili. Contra verò tonſillarum vlcera citra puſtulam albam, nigram putredinem, putorẽ, febrem, diſphnœam, œdema, ſalutaria.

Diu, & vſq; etiam ad tędium, & diffidentiam durare probatiſſimis medicamentis tractatam, & ſedulo prouiſam; fœdam, & tetram eſcharam, malum; cito, & quibuſq; leniſſimis medicamentis, gargariſmis, & contactibus diſſolui cruſtulam optabilius eſt, & melioribus ægri rebus: præſertim, ſi non recurrat eadem. Reſpiratum homini extenuari, remitti, naribus elatis trahi, per has verò recorrere ſorbile, vel potabile, ad ſtrangulatum opprimi, gargariſatu deſtitui, ingeſtum, & appetitum alimenti prorſus abijci, tumorem ab altera ad alteram auriculam extendi, æſtuare internè, frigeſcere externè, corde dolere, nullis vnquã modis concedere medelæ vitium, vigorem omnem abſumi, funeſta omnia, atq; etiam plerunq; ſingula.

Præter hæc ſunt & alia, quæ ex antiquis antecedente ſermone tradita poſſunt huic prçſenſionum parti ſeruire, quibus tuo ipſius iudicio, Lector amice, fretus, dum ego neceſſaria proſequor ſolum, dexterè vtaris licet.



PARS

PARS V.

Indicationum inuentoria.

HÆc de externis, internisq; cauſis, de iudicijs, deq, vniuerſa affectus peruestigatione, ac dignotione iam ſatis: quare iam ad ſolennem, atq; expetitam vſu curationem aggrediamur: quæ noſtra medendi ratio tametſi plurimum à vulgata diſſenſerit: nihilominus rationi, atq; experimento probatior, non dubito apparebit. Cuius hęc ſunto fundamenta.

I. Morbus hic nos oppugnat prauitate non plenitudinis exceſſu: Ergò remedijs prauitati obſiſtentibus abigendus; Alexipharmacis quippe, quæ vitij vim ex aduerſo frangunt.

Quoniam autem humores puerorum corporibus mali ſubſunt: hi propugnandi ſunt catharticis, quorum Authore Galeno com. 12. lib. 1. aph. proprium eſt, ſuccos malos à bonis ſecernere.

II. Verum quia ſordes putreſcentium humorum denſa nimis, & altè hærens eſt ſubſtantia: exigit hæc catharticorum vim valenter commouētem, & de partibus omnibus extrahentem, & tam, inquam, ex inferioribus, quam ex ſuperioribus.

III. Quoniam autem morbus cacoethes eſt,

est, ne transcurrat malitia: nulla planè mora differendum est catharticum, verum continenter exhibendum.

IV. At quia affluxus iste sanguinis in cerebri membranas vno proprio, & peculiari suo remedio tollitur, quæ sanguinis est detractio: hæc etiam est administranda.

V. Verum, quia affluxus hic properus est, fitq; ad partem principem, hæc confertim est prouidenda, leuandaq; primordio, quæ primordio sanguinis hoc accursu grauatur. Etenim indiget, Aurelianus ait, passio repentina sanguinis detractione, ob celerrimum laxamentum.

VI. Quoniam autem mora diu tracta periculum est, nè continuo prægrauetur eo confluxu: haud est è partibus lõginquis auocandus sanguis per venas pedum, & manuũ: sed à parte viciniore, quæ iugulũ est, adeoq; ex iugulari vena, quæ cito, & abundè, & efficaciter exhaurire sanguinem profluentem valet, interceptione, & auocatione quadam facta. Confirmatur & ea insuper ratione phlebotome hæc, tum propter antedictam adiuuandi vim, tum quia cęteræ phlebotome, & visæ sunt per vigennalia amplius spatia nil iuuasse, ac præterea nocuisse, quia calorem natiuum, & vires mollium alioquin puerorum dissipant, & euertunt. Satius ergo per vnam, & efficacem, quam per multas, & inefficaces, immò nocentes fieri euacuatio-

tionem. Efficax, inquam, adeò est phlebotome iugularis, vt miraculo leuasse tres pueros Laurentij Bozzuotræ Carpentarij Neapolitani, pone forum charitatis, visa fuerit nouissimè Mutio Capalbo Medico probatissimo Neapolitano.

Præter autem experimenta, & rationes modo recensitas, sunt & testimonia primorum rei medicæ authorum, qui tum ad perniciosos omnes pectoris, & capitis morbos profligandos confidentissimè descenderunt ad huius venæ sectionem, tum etiam præcisè medentes huic affectui præfocanti, tum Arabes, & Arabistæ, tum Latini, tum Græci primi ordinis, secundi, tertij, vsq; etiam Ægyptij nostro æuo nouerunt huius præsidij præstantiam deducto fortasse more, ac disciplina ex primo Hippocrate, quemadmodum opinatus est Prosper Alpinus in libro tertio de medic. Ægypt. cap. 12. vtq; etiam eius gentis esse fidem certissimam retulit mihi Ioannes Veslingius, rei Botanicæ, & Anatomicæ Patauij Prælector eximius, qui & ad ea loca diu peregrinatus est, & nationis linguam adeptus. Præter hos autem fauere sententiæ nostræ videtur, & inopinato Theophrastus, qui Chirurgiæ minoris l. 3. C. XV. quod est de Alcola, monuit hęc: Venarum ductus, atq; meatus deflectendi sunt per transuersum secundum regionem, & postmodum hoc vnguento fuerit inungendum,

alias frustra curabitur. Rec. Realgaris præparati, succi chelidonij q.s. m.f. vnguentum.

VII. Adhæc autem, quoniam excutienda, & effundenda modis omnibus est malignitas humoribus, ichoribusue putridis, & corruptis, tum per pestilẽtia seminaria, tum per prauam viuendi rationem inducta; & quoniam via nulla potior, quam per halitũ, & per sudores: eapropter sudorifica, & per habitum corporis diuaporantia sunt administranda continuo, donec vis morbi finiatur. Quanto autem hæc gratiora, pauciora mole, tenuiora, viuidiora, eo meliora. Talem putes necesse est aquam terræ sanctæ per Martinum Rulandum feliciter administratæ in Cent. 4. Curat. 41 item decoctum Cardui benedicti, ad lib. dimid.

VIII. Cęterum & vlcus priuatis suis medicamentis tractandum, & percurandum est. Et quia cacoethe est, cauendum est omni studio, nè proserpat, neue, vt Authores duo nos monuere, destillet in subiectas partes: quandoquidem indè grauissimum suffocandi periculum. Quoniam igitur tumores omnes malefici scribentium omnium præcepto scarificatu maximè calligantur: equidem scarificandæ sunt & tonsillæ, cum Zaccuto in praxi med. & cum Mercato in consillis: cum Carnenali neoteąricorum doctissimo dicerem & vrendas, si vel puerilis importunitas, vel necessariorum proteruia

con-

concedat. Nam nil putredini repugnantius igne: quod autem Aretæus refragatus videatur, declarat ſe inficiatum propter iſthmum, p. 50.

PARTICVLA VI.

Curatoria.

SIC eodem, quem ante produximus, ordine cuncta perficiemus. Primò quidem, quacunq; ſe hora morbus prodiderit, aut ſui ſuſpicionem fecerit, nos obuerſabimur contra cathar&ico. Suſpicionem autem, ſi principio fuerimus accerſiti; per ea, quę cõſequuntur indicia, comprehẽdemus. Sequitur autem eos, qui paſſione tentantur, querela ſine vlla ratione, atq; difficilis motus collo, & gutturis ſubdolens faucium ſenſus cum aſperitate ſenſibilis, item difficultas tranſuorandi liquoris ſoliti, ſaliuarum more collecti, tum ſpirationis velut impedimentum, tamquam obſtantis craſſioris humoris. Verba ſunt Aureliani prima cynanches initia demonſtrantis: quæ communia videri poſſunt & prodeuntis iam iam anginæ peſtilentis. Hæc igitur, vbi cognoueris, aut ſimilia; continuo pares velim aquam benedictam Martini Rulandi, medici mehercules experientiſſimi, commemorata ab eo Cent. 1. Cur. 62. cuius aquæ apparandæ ratio quã

uis ab Authore isto diligenter omnes cela-ta, nulli vnquam reuelata, & sibi soli serua-ta, nihilominus Deo Opt.Max. qui bona omnia vult diffundi, rescita demum est cer-tissimis coniecturis,& nobis etiam agnita, quæ sit. Stibium venale,pellucidum, contri-tum, cum pari nitri purgati modo confla-gratum,(hepar antimonij vocant)in aquam puram,quantum digito lato superet pulue-rem,coniectum,& agitatum sinitur, vsque dum inclarescat aqua. hæc vase reclinato leniter abstracta,aut per spongiolam absor-pta, & in alios vsus seruata: puluis residuus exiccatus denuo in aquam cardui benedicti conijcitur,& toto die sinitur, & inde clara accepta aqua vnciæ triente, vel quadrante datur stomacho cibis degrauato, breui cor-pus ἄνωθεν καὶ κάτωθεν expurgabit moderatè, nec cum aliqua naturæ noxa. Assimilis est calix Hermeticè paratus ex vino diluto in-fuso,quem quanto cum fructu quotidiè præ-beam,Neapoli fama est iam vulgata: appro-batum etiam à Rulando Cent. XXVII. Cu-rat.628.Interim paratis ad rem gargarismis refrigerantibus,& adstringentibus sæpè fau-ces,quæ reuomitiones senserint,abluendæ. Gargarismata autem fuerint hæc principio, quæ Rec.aq.plantaginis, & aquæ nucum viridium extillatarum ana lib.÷ acet. rosat. vnc.÷ M.hoc sæpenumero diu,noctuq; gar-garisatum capiet ægrotus. Postridie per cly-

clyſmum aluo exonerata ſanguis de vena iugulari ſubtrahitor ad lib. vnius quadrantem, aut trientem, vſq; ad ſemiſſim, aut eo demum modo, quem poſſit homo ferre. Deiectum nempè virium, & vigoris natiui nolumus. Porro quod nos monuit Aetius hoc eodem ſermone c.47. licet in anginæ non pestilentis cura præſcriptum non pigabit adſcribere. Curandum etiam, vt modica fiat diductio venæ. Nam quum in alijs, tum in magnis venæ deductionibus aceruatim animi defectus irruat: neq; tamen anguſtiorem facere venæ inciſionem conuenit, nè ſanguis velut percoletur, & craſſior eius pars intus remaneat; quæ cauſa huius adfectionis exiſtit.

Si in tonſillis acri veſtigatu perſpectis, quid diſpliceat, aut putre, aut ſordidum, aut praue coloratum, aut tumidum impenſe, aut halitu quocunq; malo circumſeptum: vtraſq; lentus non fuerit acuto ſcalpro perpungere. nimirum vt quidquid in ſe contineant virulenti, reuomant, ac deponant; quæ poſteaquam cruorem viroſum ſatis ſatiſq; reddiderint, phlegmate vitrioli, vel aqua nucum ſtillaticia ſunt eluendæ. Tertium hoc opus dextrè aggreſſus eſto. Cum quo commemorari licet, & ſimile ſcarificatus auxilium, quem ſecundo, & tertio debemus non ſolum gutturi, vel tonſillarum vicinitati, quē Græci Anthereona vocant, & neruis maio-

ribus ceruicis, quos τένοντας appellant; sed etiam occipitio, & palis, & inter scapuleo, quod Græci μετάφρενον appellant, & pectori, verba sunt præcipientis Aureliani in c.3. p. 168. Per neruos autem situm intellige, non partem perpungendam.

Opus aliquanto subtilius fuerit vnum quodpiam, quod complectatur sudorificum simul, & alexipharmacum, ac plurima quoque parte superfluitates per halitum diuaporans. Triplici huic operi vnicè accommodatum Bezoarticum metallicum, quod parare docuit Iosephus Quercetanus in Pharmacopęa dogmaticorum restituta, à XV. ad XXI. granula cum aqua Cardui benedicti sub calido conclaui, vel æstuario decumbenti præbendum. quod Bezoarticũ mane, ac vesperi offerendum, ad sudorem quidem euocandum semel, si bis inaniendũ corpus verearis. Cæterum alio tempore ad tutandum à vi venenata hominem, & roborandum. Frequentius autem vtaris licet atq; etiamnum tantisper dum fracta vis vitij videatur. Mira quippè nostra & Iosephi Donzelli Iatropharmacopęi nostra in ciuitate solertissimi sunt experimenta, quod vel conclamatos iàm ægrotos subleuet, & confirmet hocce genus Bezoartici: quod ipsum & infantibus, & lactantibus ex lacte ipso, vel iusculo exhibetur cõmode granorum v. vel vj. quemadmodum & animalis Bezoartici

pon-

pondo: commodum, inquam, infantibus; tū quatenus aphthæ, tum quatenus inimicæ lui contranitatur. Verum cum vlceris causa administratur, aptius tū rhodomelite, vel infus. rof. excipitor, terram sanctam in aqua potabili ad vnc. v. miscuit Martinus Rulandus cent. 4. curat. 41. quod tamen medicamenti genus à se expositum, sed sub velo repositum incompertum est nobis, nisi diuinantes velimus esse apparatum quempiam, & vti dicam euitatum Stibij, qui fit igne in ipsum, & commixtum nitrum sæpius immisso: quod Antimonium Diaphoreticum Hermeticæ scholæ viri vocarunt. Vsus est autem alias aqua cardui benedicti, cuius & sal Rhodostagmate, vel conserua quacunq; aliæ cōmistum efficacius est. Verum de sudorificis nos fusè in diætetico Chirurgico nostro disseruimus lib. 1. trimembris Chirurgiæ.

Restat ministerium curandorum vlcerum malignorum, quo munus partim constat vsu medicamentorum benefacientium plurimū, efficientium nihil, partim omnino aduersantium vi morbi, partim consulentium naturæ partis, constatq; simul vsu manus etiamnum beneficæ. De quibus quidem manus officijs, & cautelis dictum iam fuit, de medicamentis verò inter præsidia.

Sunt & cucurbitulæ à nullo non authore probatæ. Verum enimuerò locorum situs & morbi tempus cum primis, & attentè sunt

discernenda. ineunte quippe, aut progrediē-
te, vsus est alius quam in progresso, & con
firmato affectu. Sub progresso enim facilè
iudicarim esse de supernis ad inferna trahē
dū, ac retractorias cucurbitas imponendas:
irruente verò ad supera sanguinis copiam,
de inferioribus ad superiora disponendas
easdem arbitror cum Aetio, qui ex Aretæo
præcipit, cucurbita primum infra vmbilicū
adhibeatur, mox ad latera, dorsumq; & sca
pulas; in admotione verò ex supernis locis
deorsum trahatur: sentioq, cum his, qui apud
Aurelianum primò quidem inguinibus tum
præcordijs, tum supra mammas cum scarifi-
catione, dehinc gutturi, atq; collo, eiusq; par-
tibus voluerunt infigendas. Iam verò cum
mammas dico & alas adijcio, per quas cum
reptitet axillaris vena, de huius ipsius dedu-
ctu conscendentem sanguinem plurimum
vtile fuerit retrahere. Illud porro credide-
rim indicasse Hippocratem ipsum, cum in
l. 11. de morb. cucurbitas mammis aggluti-
nandas sanciebat: estq; hunc fortasse secu-
tus Aretęus, qui egregium dicit medicum,
qui cucurbita affixa malum in pueris detra-
hit, aut synapin ossibus pectoris accōmodat.
Cucurbitulas sequitur adiumentum à Cę-
lio Aureliano propositum, qui ait: si passio
perseuerarit, atq; æger ad perferendam cu-
rationem fuerit mollis, vt ferri cuspide me-
tu se contingi prohibeat, sanguisugas, quas
Grę-

Græci bdellas appellāt,apponemus, vt perfecta sanguisugarum vulneratione raptu cucurbitæ detractio compleatur.

Quoniam autem sinapi mentio modo facta est,memini nunc eius diuersiui, seu deriuatiui præsidij cuiuspiam ab Aretæo propositi,quod est.si partibus iuxta maxillas,quam cauitatulam auriculæ interpretor, lacunas aurium dixit Aurelianus; imponens sinapi medicus vlceret,difflationē moliatur. Quē vsum ac fortassis etiam Aretæi placitum acutè videntes Hispani medici Madritenses apud Andream Tamayum in libro de Garotillo,c.3. secus vtramq; auriculam imponere consueuerunt basilici cerati tantillum cum cantharidibus tritis commixtum. Præstantissimum etiam, licet acerbum inualescente inflammatione præsidium est vinculum,Aretæo authore, inijciendum, supra talos & genua. optima quoq; sunt vincula supra brachiala versus cubitos,& supra cubitos versus humeros adstricta: quarum vim cum expenderimus,certè peregregiam, & efficacem æstimauerimus adiuncti doloris vi spiritus ad se sanguinem,& humores omnes & ichores attrahentem. quare huc retracta vndiq; materia, atq; huc conuersis liquoribus corporis eximitur multo sanguine locus phlegmone correptus,atq; adeò flaccescit,& considet plurima parte, quod opus vinculi adstrictu fuerat quæsitum.Huiusmodi

di quoquo pacto, & dolorificæ fricationes fuerunt, & hæ, quarum meminit Symphorianus Campegius l. 3. praxeos medicæ c. 1. sic aiens; Est ingenium vulgare cum fricatione compressiuà facta parte syluestri brachiorũ prope iuncturam manus, vbi inueniuntur quędam parua ad modum nerui, quæ tamdiu fricantur, quousq; videãtur deleta: quod fieri non potest absque dolore, & sic cum dolore diuertunt. Approbauit & hanc reuellendi rationem Guil. Rendelet. in lib. meth. curat. l. 2. c. 2. Huius fermè generis sũt setacea sub inion defixa, quæ medici quipiã Hispani Madritenses testante Andrea Tamaio, ad patriam hanc luem eleuandam vsu probarũt. Id verò haud probarim equidem nisi post exacta, tempora fluxionum, & inflammationum: sed neq; etiam hoc tempore, quũ minus necessarium videtur. Satis autem existimauerim id remedij genus affigi sub axillis, non igne tamen, sed scalpro ancipiti aduco, transfossis cutis per digitos sublatæ particulis.

Idem Symphorianus eodem ipso loco proposuit & aliam diuertendi rationem, quæ fit per aquam calidam, in qua detenta extrema corporis membra continenti manu confricantur.

Inter hæc silenda nobis, aut medentibus omittenda non sunt clysmata, siue enemata dicta: de quibus velim accipias, quæ scitè

pro-

prodidit Aurelianus diſertis hiſce ſuis verbis: At ſi venter officium non agnouerit, etiam clyſtere vtemur, inijcientes aquam calidam cum oleo nunc ſolo, nunc admixto melle: etenim ſurgens ex iſto liquore vaporatio colla laxat tumentia, & egeſtus venter facilia facit ſpiramenta non ſolum ſynanchicis, ſed etiam hominibus ſanis. Manens enim alienitas, hoc eſt, excrementorum aliena, & ſuperflua fex grauat, atq; expreſſione quadã acerrimas facit corporis exhalationes, quibus tumentia promouentur, caput impletur.

Sunt & auxilio medicamenta in functione medica duplicia, id eſt, partim ſolida, partim fluida, ex quibus conflãtur & mixta. ſub fluidis autem comprehendas licet & vaporabilia. cuiuſq; generis capias omnia, fugienda ſunt, inquit Cœlius, quæ vſq; ad ſenſum veniunt mordicationis. Siquidem tumoribus prouocatis fluor quoq; humorũ craſſeſcit. E ſolidis ſunt pulueres, qui per fiſtulam calamaceam, arundineam, ſabuceam, metallicam, immiſſiles ſpiritu inſufflato, de quibus Aetius ſerm. citato, c. 46. Huius generis ſunt tritus fimus canis oſſibus paſti, item lupi, cinis pullorum hirundinum, terreſtrium coclearum nudarum, Galeno Chalcitis, ſal armoniacus Alexandro Benedicto, ſal prunellæ Theophraſto, Rulando, Mullero, ſal fuliginis, eupatorij, plantaginis, hyperici, perſicariæ, aſari, ſyderitis Fido Iuſto Reineccero,

atq;

atq; ex alijs arte paratis, aut ex herbis, herbarumq; partibus: vt glandis, rhois, antherarum, oliuę frondium contritarũ, de quibus maximè latronices tom. 1. suo loco. E fluidis, spiritus calcanthi, sulphuris, nitri, salis vel per se, cum pura exiguntur, vel succis, serapijs, decoctis aquis commisti. Quamuis aũt ol. vitrioli Mysochymici exhorreãt quidã: in assertione Cl. Petri Castelli acqeturos certus sum: quandoquidẽ & A. Cesalpinus in arte medica, & L. Quertæus in Miraldũ etiã approbarunt: dat & cum aq. foliorum quercus Euonymus par. 2. ch. 378. Ruland. cent. 4. cur. 34. Oleo ligni Heraclij ad colluendas crebro fauces, & partem omnem affectam vsus est salutariter Rulãdus Cent. 11. cur. 90 & cent. VII. curat. 92. & Cent. VIII. curat. 9. Succedunt aquæ, è quibus prima est aqua inextinctionis auri, Aqua iuglandium commendata per Alexium Pedementanum, atq; etiam in potum per Euonymum philiatrũ parte priore thesauri p. 6. Hic autem & l. 2. qua de oleo laudauit & hoc, quod Rec. aquę ardentis vnc. j. aq. scabios. l. 2. ex hoc madida lintea externis applicentur sæpius iterando spatio trium horarum præstat iuuamentum. Aquam cardui benedicti persepè vsitatam Martino Rulando leges. cancrorum cinere infectam aquam, mox percolatam, & calefactam gargarisatu commodam sic perhibet Aetius, vt per hanc crassa educi multa, ac releua-

leuari confeſtim ægrum teſtificetur. Ex omnibus mihi vſu conſuetum, & frugiferum, expertum eſt balſamum Arſenici cum ſale, nitro, & tartaro deflagrati, & multoties aqua copioſa abluti, quemadmodum à Philippo Mullero prouide apparatum leges: quam materiem approbaſſe viſus eſt Theophraſtus l. de apoſt. c. 15. cuius momētū cum conſ. ſcorzonarię drac. ÷ voratum ſalutare comperi ſæpè.

Hæc iam plurima medicamentorum & genera & ſpecies & modos cum protulerim: illud mihi video reliquum, vt admoneā demum auditorem meum, hæc aut eiuſmodi alia deligenda, adhibenda, miſcenda, temperanda, gargariſmata, collyria, delinctus, intinctus, puluiſculos, vaporatus, ſuffitus, & alias quaſcunq; medicaminum formas languentium viribus, ætate, ſenſu, pro morbi vi, & pertinacia, vlcerum puritate, aut impuritate, colore viuido, emortuo, ſic & pro putredinis modo, pro cruſtulæ adhæſu, refixu facili, recidiua, pro modis alijs, quæ quidē ſingula nobis difficile deſcribi, ab aſſeſſore medico diſcerni facilè queunt. Alterum adnotabo, quod cataplaſmata non adſcripſi propterea, quod in hoc anginæ genere præſertim prima ſunt neruoſa, deinde humida corpora, quę poſsūt putridū hoc vitiū fouere, monente vel ipſo Hipp. l. de medico: tertio multa in his interdiu permutādis requi-

ritur ſedulitas, & prouidentia, ne tum longiore hac vitioſi corporis contagione, tum corruptibili ſuo ipſorũmet vitio abalienata rancorem, aut acorem concipiant: quod nõ paucæ offenſæ, ac detrimento foret vlceribus, vt monuit Cęlius l. 3. de acutis c. 3. p. 164.

Poſtremum ordine, ſed vſu primum remedium eſt victus ratio: quam fieri poteſt maximè tenuis, & præparca. Sic igitur Alexander Trallianus in lib. 4. calce. victu vtantur ægri omnium mulſa aquoſa, quæ vniuerſa præſtare poteſt; nempe extenuare, & purgare, partim etiam per vrinas, partim per ventrem. A tertio die etiam cremor ptiſanæ offerendus, qui & ipſe omnem facultatem obtinet: quippe abſtergit, incidit, nutrit, & inflammationũ feruorem refringere poteſt. At inflammatione iam extenuata, & moderatione facta, neceſſe eſt lutea ouorum molliſſima, non autem multa exhibere; Nam copioſo alimento ſtatim anguſta premuntur, & rurſus ſtrangulata periclitantur: quare inflammatio, vt magnum malum, in his vitari debet: non enim tantum ex parciſſimo cibo, quantum à copioſiore periclitantur. Sed & inedia perpetua viſi ſunt nulli non ſanati. Nimirum Alex. Bened. l. 7. de cur. morb. c. 19. narrauit de ſynanchico, qui citra ſanguinis miſſionem inedia plurium dierum ſanatus eſt, quia ſanguis alimentum corpori

ſub-

subministrauit. Ego verò Seuerinus noui puellam XI. annos natam, quæ cum nullis, vel cibis, vel potibus per paristhmiorum obturatam viā vti potuisset, & octiduo maiorem ἀσιτίαν inediam passa, non alijs medicamentis restituta est: quæ XVI. ætatis suæ anno nupta geminos mares peperit viuentes nunc vtrosque filios, cui Gratiæ Feulæ nomen.

His de curatione sic dictis, nemo mihi vitio det velim, quod ad anginam hanc pestilentem pleraq; quæ veteres ad non pestilētem curandam præceperint, detorta traduxerim. Nimirum facilè deponent accusationem; siquidem audierint Aretæum in libr. 1. de curatione acutorum c. 7. pestilentium in faucibus morborum curatione dicentem hæc; Horum vitiorum curatio cum alijs tonsillarum affectibus, qua communis, qua propria. In inflammatione, & strangulatu purgatio per clysteres, venæ sectio, irrigationes, cataplasmata, fotus, deligationes, cucurbitæ, omnia demum eadem, atq; in his conueniunt, &c.



PAR-

PARTICVLA VII.

Satisfactoria.

NVnc, quæ dilatæ fuerant in locum commodiorem ambiguitates, ab alijs omnibus expediti discutiamus. Difficile fit plerisq; quod caput, & cerebrum propriam morbi sedem fecerimus, quæ censenda potius fuerat internus thorax, qui febrili malignitate, aeris pestilētiæ, & symptomatū affinitate, ac pluritate morbi videtur prę capite hospes accōmodatior. Atqui vero caput ab his omnibus, quæ retuli, longè alienum apparet, nec symptomata sua exhibet, nisi prærò. Verum enimuerò, si rectè rem æstimaueris, ac profundè perspexeris, non aliud sanè quam cerebrum dixeris morbi domicilium. Nam quod plerosq; suos affectus ostendit thorax, maturius id fit loci intolerantia, substantiæ tenuitate, & functionum acrimonia: qualia non sunt quidem cerebro, quod citra neruos, & ventriculos est hebes, & obstupidum, vtpotè quod frigidum, & humidum crassæ substantiæ, & viscidæ concrementum somni sedes, cordi ἀντίστροφον, & pituitæ plurimæ conceptaculum; quare defluxibus frequentibus, & catarrhis obnoxium. Quæ sua crasi, ac systasi fit, vt hospitetur æquius mala, diutiusq; ferat habitu præsertim exteriore.

re. Quin & interiore concameratu duo deuiginti aquæ concretæ libras Colonienses, quæ XXIV.forent ex nostris,sustinuisse puerum hydrocephalo languentem testatus fuerit,qui mortuum insecuit Guil.Fabric. Hildanus,Cent. 1.obseru.Chirurg. c.12. Quid? quod & excisis cerebri segmentis vixisse homines,tum ipse Hildanus, tum Iacobus à Carpo,atq; alij probata fide Authores perhibuere.Qua constanti sua hebetudine,vt ad rem redeam,susceptum aerem prauum, qui per nares perq; palatum delatus fuerit, admittens facilè non remittit,neq; vincit, aut dissipat, sed aceruat in sese volens libensq; cum verò per causas exteriores humoribus, & superfluitatibus grauatur,non obsistit,sed circa se retinet non grauatè, etsi grauatum. Ita fit demum, vt in horas labefactatus labem mali concipiat, & vt dixerat Hippocrates,corrumpatur:hoc est,euersa temperatura in alienum modum transmutetur,qui sphacelos alias appellatur. Atq; illud quidem sub longiore morbo accidit. Cęterum in breuiore breuius etiam veneni vis vigoris sui numeros absoluit, nihil refragante cerebri obtusitate,vel fungea substantia:triuenefic æ quippe pestilentiæ tantū id pręcisè

quod non mortale resistit.

Quanquam autem multæ, & magnæ demonstrationes proferantur de obseptis, de vitiatis,de corruptis,spiritui destinatis visce-

ribus: hæc quidem omnia posse fieri, ac interdum facta non inficior: possint enim hæc sub atroci pestilentia, sub immani veneno pura, intaminata, integra se tueri? Pessum quidem in pestilentibus eunt omnia: verum quod origo, & scaturigo malorum per cerebri sit vitium, longè plura nos euincunt persuasionis momenta, quam quæ producuntur ab aduersæ opinionis amicis. Profectò tam insolens, tam enormis, tam abdita forma hæc est affectionis, vt non ineptè etiā plerię; profiteantur, febrem malignam, quę septa suo viru sit in hominis perniciem, vt fusè descriptum est, facessat.

Alij malignam veneni facultatem, quæ per abolita seminaria in spiritus nostros, & corpus aere attracta est, & variè diducta, suo modo, vel prout partes primo, aut secundo receperint, & viam concesserint: sic has ordine, vel potius sine ordine apprehendere, lędereq; & quia partes debiles, laxæ, molles, frigidę, immobiles, adenosę, minime resistunt, & facilè cedunt: hæ propterea primæ corripiuntur. mox aliæ, atq; aliæ iuxta modum, quo plus, aut minus pertrahi se sinunt, aut obluctantur. Tamen plurimæ conteruntur, & corrumpuntur, donec ventum fuerit ad præcordia, quæ maximè omnium vigent, & ad ipsam regiam cordis, qua contacta demū, & malè affecta deperit animal.

Sunt hę quidem & similes omnes senten-

tię

tiæ non improbabiles,nec impunè reijciendæ, præſertim in re tam occulta,quam eſt peſtilentia.Ità prouiſori Deo placeat quandoque,aut malum auertere, aut mentes noſtras medentium illuminare,quatenus & intimam morbi formam agnoſcere, & ſuam huic medelam quadratè adaptare potes nos ſimus. Cui ſic titubantis hominis,vt confirmetur,nec vinci ſe ſinat,argumento, ità reſponderim. Sphacelum huic morbo terminum, & cõſummationem eſſe. Vbi ſcilicet natura, vel ars ſuis vtriuſq; ope, & auxilijs hanc contra nitenti morbo non anteuertat, atq; præcludat,ſcilicet in contrarium ambæ paratæ ſunt: verum quum vterq; conatus naturæ,inquam,& artis euicerint; illa criſibus,ſudoribus,eruptionibus, hęmorrhagijs; hęc vomitibus,deiectionibus,inanitionibus, & abſtractionibus: ſic retro labens labes hominis vitæ concedit ipſi. Porro ſic comparati ſunt plerique venenatæ naturę morbi, & ſyphilis noſtro æuo adhuc permanẽs, vt niſi effluuium quaqua nanciſcantur, ad abſolutionem prouecta vtraque mortales perdant.

Qui ſphacelus cum morbo eſſentialis à nobis conſtituatur: & illud propterea fiet multis difficile, quomodo ſub corruptorio affectu cuncti prorſus non moriantur, ſed hi quidem iugulentur, hic velut præripiantur orco.ſed hęc tamen materiæ modi,& effectior faciunt.

Alia difficultas eſt, quid torpeſcentem, & deſidem adeò cerebri naturā fecerimus? quæ caluaria per ictum percuſſa, ſi ſanguis ſuper, aut infra membranas ſuffundatur: cruoris vel tantillum innatantis ſic ægre-fert, vt obruatur continuò doloribus, vigilijs, phrenitide, febre, vomitibus, conuulſionibus, eryſipelatis ſic, vt plerunq; non leuata ope magiſtra fatum oppetat ſuum. Verum huic difficultati volo ſit occurſum eadem demonſtratione noſtra, quam ad hiſtoriam de angue bifido flagelloſo diuturno cordis hoſpite ſubiecimus; docente, quod vulnera, vel exigua partibus noſtri corporis præcipuis illata è veſtigio tollant hominem: earūdem verò partium abſceſſus, atq; vlcera diutius ægrotantes trahant. Vide & in hanc rem Fortunati Fidelis præcellentem diſſertationem cōtemplationis medicæ capite poſtremo deſcriptam.

Iam autem, quia mētio incidit ſanguinis, quæſiuerit oportunè quiſpiam, vnde & qui fiat iſta eadem ſanguinis effuſio? Quibus vtriuſq; quæſitis occurro, quod ad locum, vnde fluat, dicens, illa eſſe mea ſententia ſurculos rami iugularis internæ protenſos, & protractos ſic, vt in venulas abeant membranæ tenuioris: effundendi autem ſanguinis rationem, & modum eſſe hunc: quod offarcta nimia plenitudine vaſa ingularia (qui mos eſt & vſus expultricis facultatis, & nu-

tus

tus humorum altè aggeſtorum) refunduntur hæc in ſurculos minores;hi autem in minimos,qui cum capere tandem immoderationem humoris non poſſint, diſtracti, atq; diducti reuomunt circa ſe fluorem ſuperfluum, & indè eductus hic ſtagnat frigefactus,& grumefactus ſubinde.

Ad hęc hęſitabunt etiam inexperti,& pauidi quidam conſuetorum tantum rituum amici, non aſſentientes medicamentis per ſuperiora purgantibus,ſed negantes per affectam,quod magis exaſperari poſſit,humores malos pertrahendos. Verum tamen non ego reſponderim his, quod Aurelius Celſus l.4.c.11. ad linguæ reſolutionem curandam crebris vtitur vomitorijs: ſed in hac ipſa cauſa dico,non noſtram hanc ſolum ſententiam, neq; noſtra emetica noxam illatura faucibus;quin etiam his ſupra quam lectiſſima κάτω cathartica benefactura. Quod ſpectat ad ſuffragantes, & auſpices: Aetius eſt vnus,qui dicto lib.c.57. diſertis verbis profeſſus eſt hæc;maximum autem remedium, inquit Archigenes,purgatio frequêtior exiſtit per pharmaca fortiora,& vomitus à radicibus per interualla ſuſcepti. Et inferius: mirum in modum autem efficax eſt,quod ex elaterio conſtat,& octaobolon appellatur. Elaterij æreolos II.ſpumę nitri obolos tres, ſynapis dra.I. hæc in aqua diluta in octo catapotia informo,maneq; duo, tantundemq;

vesperi exhibeo. Purgat enim citra molestiã supernè, aliquandiu quidem permanens, & soluens. His verò, qui robustiores sunt, post trium dierum spatium rursus exhibeo. Sunt autem hæc orthopnęis, anhelosis, & ægrè spirantibus propofita. quod si velis ad anginam dictata vomitoria, idem ipse cap. 47. Archigenis remedium, quo vtor, inquit, ad occultas anginas, mirabilitèr etiam conducit anhelosis. Elaterij oboli dimidium, spumæ nitri obolos tres, sinap. dra. i. contere cum aqua & informa. Mouet autem vomitum elaterium cum oleo, aut melle tritum, & penitissimè illitum. Ita quidem ille, qui & post multas ibidem propositas formas vomitorium prodidit, & illud Martiani, quod & ad opertas & manifestas anginas prodest. Præexige, inquit, mercedem. Aeris vsti drac. XII. atramenti sutorij drach. XIII. myrrhæ drac. i. elaterij, drac. i. spumæ nitri dra. i. fellis taurini drac. iiii. excipe melle, & cum pinnula quam penitissimè illine. Ita quidem in capite isto. Verum in antecedente 17. multò luculentius scriptum reliquit: vtilia etiam his sunt ea, quæ vomitoriam vim obtinent, maximè illis, quibus grauitatis sensus circa ventrem hæret; quæ confirmat & alijs quibusdam experimentis, quæ subdidit ibidem Author. Hæc Aetius, & antiqui alij. Quibus isti non acquiescentes fortasse producent, quod nihilominus oblędentur hæ partes

tran-

transitu biliosorum, & corruptorum humorum. Verum ò imprudentes, ergo præstiterit, inquam, asseruari biliosos, & corruptos humores in stomacho & hisce locis, quam è proxima vicinia, vndè fit anathymiasis educi semel. Anne audistis Aretæi Cappadocis oraculum, qui vos monuit, è gula, & partibus alijs refundi malum in paristhmia? Si quis verò displicens sensus ex reiectis adhęserit faucibus, hanc vtiq; licebit protinus gargarismate sublui, quemadmodum & offensa deiectionibus infima intestina clysmis idoneis abstergunt ur, aut lacessitus catapotijs acribus ventriculus, iusculo, aut apozemate suauiore restauratur. Sic nihil fit noxæ residuum, & multum vomitorij emolumentum. Accessit & in veterum sentētiam Symphorianus Campegius l. 3 med. praxeos c. 1. Item Amatus Lusitanus, Cent. 7. cur. 90. atque etiam Martinus Ruland. cent. 11. cur. 62.

Hactenus iam excussimus offendicula vomitorium: altera nunc controuersia nascitur de phlebotome iugulari, quam nedum non profuturam, verum etiam obfuturam adstruunt nonnulli, quod ad supremas partes facta phlebotome aduocatura sit sanguinem potius, quam auocatura, propterea quod rapi eò sanguinem credant, vnde scissura facta promanet idem. Verum liberè fatear, pigere me laboris in re patente, tum

secundum experimenta, tum secundum placita clarissimorum Authorum, qui & nil improbarunt hocce præsidij genus, & singulariter etiam approbarunt. non improbarunt, neq; inhibuerunt exordio faciendam: quia quod velint homines isti, primo reuulsoriam in pedibus, & brachijs instituendam, mox de proximis vasibus euacuandam, illud neq; Auicenna seruauit, qui lib.3. f.9.tr.1. c.XI. ait, & non postponatur phlebotomia venæ, quæ est sub lingua, immò oportet, vt aperiatur illa eadem die. Sic Am. Lusitanus Cent.7. obseru.90. nulla interposita mora, aut vacuatione alia posthabita sub lingua venam secuit, & hominē seruauit. Sic Rondelet. Secandæ tamen sunt venæ sub lingua eadem die, ad materiæ deriuationem, quæ facile fluit, & locum replet; vnde dispnęa, & sæpissimè suffocatio. Hæc ille l.3. meth. med. morb. intern. c. 5. p.325. Sic Camerarius apud Schenckium in obseru. l.1. Patauij meis temporibus quidam Scholasticus Græcus oriundus ex præcipua familia, sanguineus, vnica nocte in Anginam acutissimam incidit, vna cum tumore linguæ maximo, vt statim loquendi facultas adimeretur illi. Cumq; tam celeriter medicorum, & chirurgorum opera vti non posset, ipse præsente animo, linguam acuto cultello decussatim incidit, ac satis multum sanguinis effluere permisit, quo facto, rursus loqui cępit. Medicus po-

ftea accerfitus, pauca vniuerfalia, & totum corpus refpicientia adhibuit, præfcripta recta victus ratione, linguæ verò vulneratæ pulueres ex Thure, Bolo, & fimilibus ficcantibus infpergi iuffit, & ita intra paucos dies conualuit. Sic interdum fortuita remedia alijs funt efficaciora. Et præterea fi rectè interpretemur, id prifci fanciuerunt in morbis non excellenter peracutis, & in adultis: At verò in pueris, quibus monito Galeni in l.11.meth.c.14.& lib.de therap.per fanguin. miffion.c.17.& 4.acut.25.fas non eft exhaurire fanguinem, fi neceffitatis, & vrgentiæ vi phlebotomo pũgamus eofdem femel, & vix in morbo venenofo: verum efficaciter pungamus oportet, prçfertim quia miras tot, & fingulares de hac phlebotomia prærogatiuas prædicarũt; Soranus primum Ephefius, Ifag.med. c.21. Alexander Tralhanus, l.4. c.1. Razes, Mefuæus, Auicenna, Haliabbas, Albucafis, Author lib.de ana. viu. Profper Alpinus, l.2.de medicina Ægyptiorum, c.9. Andreas Cçfalp.l.6.art.med.c.3. Ioh.Heurn. libr.de cap.morb.c 23. Riolanus in medendi methodo part. c. proprio, ac Doctor Zacutus nouiffimè in principum medicorum hiftoria, 76. quem legas velim, multo plures quàm nos Authores huic prçfidio fuffragatos recenfentem. E quibus omnibus audi Actuarium, l.3.meth.medicinalis, c.1.perhibentem, etiam in caufa noftra proficuam

hans

hanc euacuationem, his suis verbis. Sunt qui venas colli incidant, verisimileque est, eas iuuare, cum sanguis copiosior ad caput confluit, atq; idcirco inflammationem in cerebro excitat. Comprehēdis iam, quam egregiè per huius viri sententiam congruat iugularis pertusio nostro malo. Vin plura? sed vise, quæ apposité ad hanc rem ingenio pari, ac iudicio refertissimus Andreas Cæsalpinus l.2. quæst. med. c.12. prodidit demonstrans, suffocationem in angina fieri magis oppletis venis iugularibus, quam clauso laryngis osculo. Id quod scilicet in hoc anginæ genere præsertim exitiali, ac ter acuto fieret facilè, nisi, quod ad superiora transcurrit. Post quos omnes Authores mira nos beneficia ex hac inanitione deprehendimus, admirati sūt medici, qui nouerunt, ęgroti senserunt in se ipsis, tum simulac aperta iugulari degrauatum plenitudine cerebrum, tum quod feruidi caloris ventilatus excessus. Sic quod nedum non obfutura, sed profutura maximè sit hæc phlebotome, iam vides. Cęterum, quia non vsitatæ alioquin chirurgiæ administrandæ ratio est ignota; de hac ego in opere efficacis chirurgiæ, qua & angiologiā proprio suo loco fusius explicaui. Quoniam autem in manus administrorum tonsorum recidit hęc actio: Si Petrum Paulum Magnum lib. de venis rectè secandis, c.1. adierint, vel Cynthij Amathi Neapolitani ob-

obseruatoris nostri nouissimã praxin. Quãuis autem dubitatum à plerisq; sit. de non attingendis Scalpro venis colli, tũ propter infrenabilis proflui sãguinis,tũ propter vinculi subijciendi metum:nihilominus equidẽ ostendi in priore parte efficacis chirurgiæ, qua de angiotome venarum, & nullum sanguinis superfundendi metum esse, & inanẽ prorsus vinculi formidinem,cuius vtiq; vsus necesse non est.

Posthęc offendentur & nostri,quod antecedere catharticum sanguinis detractationi voluerim: cum inuerso Galenus & Galenici oẽs ordine consueuerint præsidijs hisce vti. Verum istorum dissensus est mihi sedare facile. Porro meminerunt sanguinis emissiones,sub venenatis & pestilentibus vitijs haud probari doctis, nimirum quod inanitis vasibus possit vis venenata recurrere ad interiora, atq; etiam quod huic affectus generi virium imbecillitas adiuncta sit. quare ne mirum quidem est,quod Galenus in lib. de cibis euchymis, & cacochymis audaciæ taxat eos medicos, qui non dubitarint in pestilenti febre venam secare, atq; ex aduerso commendat eos,qui pestilentibus in affectibus abstinuerint à sanguinis detractione, qua eadem prudentia, & cautela magnus Hippoc.si credimus Petri Salij l. de febre pestilente,demonstrationibus, ne venam quidem attigit. ita quidem antiqui dictatores

res nostri, à quorum decreto non discessit Heurnius in libro de peste, Ioh. Vierus quoque in curanda febre maligna abstinuisse se venæ sectione professus est, quod hanc infeliciter cessisse animaduerterit. Ex aduerso tamen est Ioh. Forestus, qui libro 6. obser. 3. de morbo epidemico in fauces, guttur, pulmones irruente scribens ad Iacob. fratrem dicit experimento non inutilem, neq; detrimentosam sibi compertam sanguinis è vena detractionem, neq; etiam hanc damnauit, sed approbauit Auicenna, vbi de febris pestilentis curatione tradidit. inter quas binas sententias se quasi medios facientes Hieronym. Fracastorius l. de contagio morborum, Ludouicus Mercatus in cōsil. medico. 24. & Hieron. Mercurial. l. de peste c. 2. censuerunt constantibus viribus, & plenitudine suadente mittendum esse sanguinem, verum tamen in affectus principio dumtaxat: nāq; hoc elapso tempore sanguinem exhaurire est languentes perdere. Cui nos placito adhærentes & semel & morbi initio tantum sanguinem minui volumus. è binis autem prçsidijs catharticum præmitti placet, quod tutius, & præstabilius id videatur. Quis enim non enucleatè videt, & pestiferi vitij vim sic elui citius, & huius fotores succos abstrahi prouide. Quāquam verò nostræ huic assertioni quidam refragari, nosq; corripere conentur, quod primo quoq; tempore Ca-

thar-

tharticum,& illud vehemens propinari do•ceamus,quod eſt contra normam expectandæ coctionis,& contra monita ſapientum, ne quietos humores perturbemus & crudos fruſtra mouentes irritemus. Quibus tamen reſponſum volumus, quod cogamur in ter peracuto,& peſtifero morbo ſolliciti, & feſtini eſſe,præſertim ita ſuadentibus M. Galeno l.6.de medicam.localibus cõpon. cap. 3 itemq; Alexandr.Trall.l.4.rei medicę c.1. ac nouiſſimè Zacuto Luſitano acuto, & experientiſſimo ætatis noſtræ viro, in l. de princ. med. hiſtor. c.75. quam Luſitani viri Clariſſimi diſputationẽ adeas quęſo Lector.

Obijciat & quis,qui audeam equidẽ ſcalpro tonſillas pertundere,quia facilè ſic exacerbentur.Verum,inquam,non obtrudo his; quod Cornelius Celſus l.4.c.4.ſatis altis plagis palatum incidit,itemq; Paulus l.3.c.17. itemq; Cęl.Aurel.l.3.c.3. ipſamq; linguam, & fauces,& palatum tenui,ac longiori phlebotomo ſcarificat. Etenim,inquit,in locali ſanguinis detractione tumentia relaxantur. Non hæc,inquam,obtrudo,vel ſimilia; verũ tuendum affirmo decretum noſtrum, quod tonſillas vitio tactas crebris ictibus concidit Hippocrates, l.2.de morb.l.decimo,& l.de affectionib.num.4.& Corn.Celſus l.6 rei medicæ, cap.10. & Cęlius Aurelianus, l.3. morb.acut.cap.34.Tamen poſt ſcarificationem mitibus gargariſmis vtendum voluit

&,

& Oribasius l. de scarif. c. 20. & Isaacus 9. pract. c.41.& hūc sectatus Cōstantinus Afer Chirurgus c.38. & Gariopōtus l. 1.Passionarij c.23.& Hieronym.deniq; Mercurial.l.de morb.puerorum c.12.Andreas Tamayus,& medici omnes Palatini Madritēses,& in Hispania. Ita scil.scarificatus tutus, & frugiferus tōsillis extumescentibus visus est doctiss. omnibus:nō ita quidem adactorū cum lancinatione digitorum impressus,quo persępè vulgares Medici crustulam elidentes vti cōsueuerunt. Quò diuinitus, & αὐτῶς verè spectauit Aetius eodem isto sermone c.46.dicens,conandum a.est in vniuersum,ne digitum quidem locis admoueamus,aut leni saltem tactu manum admoliamur. Etenim inscij,ad quos maximè in rebus dubijs homines confugiunt,vehementius illinūt,simulq; inflammatum locum comprimunt, simulq; crustam detrahunt, quod minimè facere cōuenit priusquam eleuatam, & vix innitētem crustam conspiciamus. Quod si enim adhęrentem adhuc crustā aggrediamur, vlcerationes in profundum magis ēt procedūt,inflāmationes consequūtur,augentur dolores, & in vlcera serpentia proficiūt.Secutus hoc Aetij monitum est Paulus,l.3.c.26. sicut in cunctis assolet: Compendiosè autem à nobis de pestilēte, & præfocāte pueros abscessu dictum sit ad hanc horam vespertinam 22. Ianuarij An.XLII.supra M.DC.Deo litemus authori gratias.

Ex

EXCELLENTISSIMI VIRI

THOMAE BARTHOLINI,

GASPARIS F. ILL. DANORVM.

In Librum de Pædanchone pestilenti Cl. Viri Marci Aurelij Seuerini

EXERCITATIONES.

De Pestifera Angina Parte Affecta. Exercitatio I.



VAnquam Iuris Consulti dictatum non ignorem, culpam esse, immiscere se Rei ad se non pertinenti; tamen sponte id quicquid est vitij incurro, siue fato ductus, siue affectu. Duplex hic ex pari iuris diuisione, vel in Rem, vel Personã. Vtriq; debeo, quod præsto, quamuis impar conatus destituat volentem. Hæc verè speciosa, quam à dignitate, & Senatorij ordinis ornamentis clarissimam indigitabat Vlpianus. Illa & causam complectitur, & iura, immò si iudicata sit, pro veritate accipitur, quam innata sciendi cupidine amplectimur quotquot cordata pectora gestamus. Nec cul-

culpæ metus apud Paulum I.C. terret, quum infra minimam subsistamus negligentiam. Dolus abest, stipulationem interpono, ne terrearis, qui placidos oculos promisisti. Vtriusq; causa ad nos spectat, quanquam alio Sole calentes, huius quidem per beneficium, illius per naturam. Personam vis? Seuerinus est aureo Sole clarior, Rem? personæ par, Non subiecto, vt barbarè loquar, sed necessitate. Cunas quippè excutit, in quibus vt de Deorum filijs Seneca, ipse caput polo intulit, puerosq; ad calami ductum vocauit, qui inter Senes Oraculum sedet. Affectioné antiquis ignotam, sui verò temporis, & soli horrendam, pestilentiam dico, quæ puerorum colla velut fatali sydere afflat, & accuratè vidit, & depinxit ingeniosè, siue ideam morbi spectes, siue curandi ordinem, quo Æsculapij vice gallum, vel obtinuit, vel meruit. Ad corruptam affectionis naturã pars, cui impacta est, refertur, de qua litigant eruditi sententiarum diuersitate. Cor alij principem terrestris domicilij, alij huius arcem in Pædanchone affici crediderunt, plures collo insidere vtriusq; velut ponte existimarunt. Neq; aliò diuertunt coniecturæ. Nos duabus distinctionibus rem omnem amica cõcordia componemus. Vel enim symptomatum expendimus sedem, vel morborum, & amborum vel primariam, vel secundariã.

Quamuis non raro confusio tam loco-

rum,

rum quam affectionum in turbato mortaliũ statu exsurgat, vt vices primarias habeat modo hæc pars modo alia. Altera ex symptomatum natura emergit cõsideratio, quæ vel morbum lege necessaria comitantur, vel casu sequuntur, quod per accidens Philosophorum filij dicerent.

Rursus affectiones pleræq; quæ corpus vexant, duplici vt plurimum loco efferuntur. vni quidem inhærent, arboris instar, radices altiores velut in terrã defigentes, alteri verò ita, vt non nisi fructus, lataq; seminũ germina ostendant.

Hunc scholę modum manifestatiuum vocitarunt, illum radicalem, commodis notionibus rem omnem complexæ: ex quibus quę de affecta in Angina puerilis ætatis pestifera, sede oriuntur controuersiæ, facilè soluuntur. Enimverò τῆς κυνάγχης primarium subiectum, & fixum radicis in morem, cerebrum esse, quæ grauia rerum momenta prohiberent? siue ipsum concretum corpus dicas totam implens caluariam, siue interstinctos eiusdem sinus, siue principes ventriculorum sedes, siue deniq; membranarum tenuium amplexus. Hinc velut radij exporriguntur effectus, & ingrata ditioris luis merces in collo, eiusq; vicinia omnibus appenduntur venales, in Paristhmijs, seù Tonsillis, larynge pariter & gula, musculis motui omnium inseruientibus, reliquis deniq; hanc compa-

gem perficientibus. Non alia ſanè ratione Philoſophorum Princeps, & antiqui naturæ moderatores iraſcibilem animæ poteſtatē, quam θυμοειδῆ in corde ſtatuerunt, quum tamen per oculos efferatur, & ardenti viſus imagine terreat. Pari quoq; pacto latens in iecinore virus per extremam manus, pediſq; cuticulam modo exanthematum, modo efflorescentium ſpecie prodit, ſępius per inguina bubonis, perq; decoram faciē aphthæ figura effloreſcit, & quæ non in externis fingit interiorum cauſarum ludibria. Nempe cauſæ ſubeunt rationem ſubindè morbi, accidentium cauſa, quæ vel neceſſaria ſunt, vel minus. Vtraq; locum variant, & modo eadē cum morbis ſede concludūtur, modo diuerſa. Qua norma ſi ſymptomatum omnium in Pædanchone expenderis ſitum, alia in cerebro ſtabulari, vt ſtuporem, alia in collo, vt cruſtam, in corde alia, vt febrem, & alia deniq; iu pulmone deprehendes, vt tuſſim, & ſuffocationis periculum, quorum tamen nullam pro neceſſarijs æſtimamus, quod in tanta varietate, & incerto ſitu fit manifeſtum, ex varia cerebri affectione, modoq; in ſolidum dependens. Cęterum à cerebro mali originem cum Eruditiſſimo Seuerino noſtro deducere, durior foret labor, niſi facem ipſe prætuliſſet.

Nos in compendium, & eius rationes ſtringemus, & noſtras. Vrgemus principio na-

natiuam puerorum constitutionem humidi feracem copiosissimi, & morborum pluriũ ab ea humiditate dependentium, quæ cum in cerebro humidi, frigidiq; officina consistat, non mirabimur in ea ætate vberiorem huius pestilentiæ prouentum. Humidi autẽ excedentis puerorum cerebri varias imaginor rationes, naturales partim, partim factitias. Origini quippè propiores eandem cerebri ęmulantur temperiem, quam in vtero, tenera ætate nondum exsiccationis opus aggressa. Fluidum autem est Embryoni, & veluti diffluens cerebri coagulum, longiori inter tacita matris claustra quiete torpidũ, quod tardius excitat debilis nati iam facultas, eo magis quod per apertum diutius sinput externi frigoris experiatur iniurias, accedente humidiore victus instituto per lactis succum, & eiusdem, sine discrimine, conditionis, adulti cibum confirmato. Vndè facilè inquilinos puerorum morbos, Comitialem, Exanthemata, aurium humiditates, conuulsiones, tonsillarum intemperies, aliosq; ab Hippocrate notatos, solius capitis vitio ascripseris. Auget de cerebro suspicionem constans obseruatio hominum iustæ ætatis, qui in cladis huius admittuntur vsumfructum, semper ferè, vel capitis aliqua intemperie, vel deteriore confirmatione, siue in magnitudine, siue figura ab incunabulis vexari.

cuidam fuiſſe excretam, de quo experimen to non dubitem, qui maiora in capitis vul neribus viderim,ſequentibus Exercitationi bus ordine ſuo recenſenda.

Dicent tamen ſcrupuloſiores, Anginam eſſe,adeoq; non cerebri,ſed colli affectioné. Fateor. Quod autem ad muſculorum repo nent conuulſionem? In muſculis, neruoſiſque illorum aduertitur partibus. Non ergo à cerebro,neruorum fonte? Viderint ſanè, quid reſponſum velint, ne proprios laqueos in currant,quos nobis imprudétius obtendũt. Vomitum deindè vrgebunt, Cardialgiamq; fideles affectus huius comites, ſtomachi vitium manifeſtius prodentes. Quorum neutrum à ſuſcepta nos mouet opinione, ſiquidem à cerebro vtriuſq; deriuetur materia per cognatam neruorum progeniem ſexti paris ventriculo largius circumfuſam, quæ ſtomachum nauſeantem mouet,tum in capitis vulneribus,tum in hemicrania. Cardialgiam autem idem excitat cerebri influxus, ſiue in ore ventriculi, quod cordis nomenclatura dignabantur Celſus, Galenus, & Aphrodiſiæus, ſiue in corde ipſo,quod ſingulari triſtitiæ ſenſu cum cerebro afficitur,non tam vicinitatis conſenſu, quam neruorum, membranarumq; origine, arteriarum, venarumq; commercio,quinimò leſæ ad pulmonem ſpectantes particula neceſſario vicinitatis iure, cordi quoq; labem ſuam imprimunt.

munt. Hinc æstimare licet qua veritatis specie vitalium actionum præsidem, cor nempè in primariæ partis participationem asciscãt Viri classis non infimæ quidem. Certum est, & extra dubitationis aleam positum, omniũ malorum hanc clausulam, sed quæ sequatur cerebrum non præcedat, eo præcipuè argumento, quod sine febrili intemperie Pædanchone fatum maturet, cerebri non cordis affecti iudicium. Cor enim omni alienæ, cõtrariæq; virtutis aduentu velut ad rem diuersam, & noxiam quocunq; gradu contractum perpetuos pulsuum motus vel retardat, vel accelerat. At verò alia cerebri conditio, corruptionem sine vitalium intemperie eousq; perfert, donec venas, cordis ductus, vitij magnitudine infecerit. Imò ex se, sine cordis consensu, mortem inducere quid vetat? quod animalium spirituũ ad vitæ vsuram, iuxta necessariorum, fata moderatur.

De cerebro medius fidius in Pædanchone minus ambigo, quam de eiusdem partibus in societatem mali, nè prærogatiuam, dicam, ascribendis. Quippe interior nobilioris cerebri recessus, quem medullam vocãt, vt pars princeps excludi non meretur, apud quam animalis vitæ sedet arbitrium, & potestas. Ab hac enim neruorum origine per occipitis foramen in musculos ceruicis, laryngis, hyoidis, & faucium disseminatur, par vagum, ad latera tracheæ exteriora recur-

rentes neruos vocis ferè, & reſpirationis moderatores expandens, quos in ſanguinoſo hoc affectu non leuiter læſos deprehendimus. Quanquã causã alij, inter quos Aetius, in impedito pulmonum motu coniecerit, eſt medullę, vel horum neruorum. Atq; hinc problematum plurimorum pendet ſolutio, quæ torſerunt morbi noui interpretes. Quo fiat fato, vt ſubito ſubindè ſine alia manifeſta cauſa extinguantur ægroti? In promptu ratio quæſiti, ex cerebri nuclei conditione, qua vel leuiter læſa, ſiue ab interiori incidẽte, ſiue punctura exteriora, animans inopinato mortis genere proſternit, quod laniorum artificium ſolo acus in ceruicem impactu apud Subalpinos improuidi boues experiuntur. Ex difficilioribus nodis, & hic eſt, quare exanthemata, & colli extumeſcẽtia alibi, vt ſępius ἀφοριστικῶς monuit Cous Senex, ſalutaria in peſtilenti tamen Angina inter mortifera ſigna habeantur? Ego breuiter duplici nomine exitialia pronuncio, tã cauſæ ratione, quam ſigni. Huius reſpectu mala, quia nobiliſſimæ cerebri officinæ monſtrat ſtatum, ea malignæ materiæ copia grauatũ, vt ſuis terminis contineri amplius nequeat. Deterior cauſa, quæ vt maturius moriendi neceſſitatem acceleret, recurrentibus neruis oppletis ſtrangulantem humorem ſuſcitant, in muſculis alioquin nudis innoxium. Ea dubij enodatione non parum Aphoriſti-
cæ

cæ Hippocratis sententiæ mutuabimur lucis, quam ἐν παρόδῳ accendam. Bonum sit exterius vrgere humorem, in Angina quacunque, si materiæ μετάστασις vniuersæ sequatur, & extra neruorum tactum subsistat. Vltima in sinubus latet difficultas, quæ rectè expensa eorum natura disparet. Quatuor in vniuersum demonstrantur ab Anatomicis, crassæ membranæ veluti ventriculi, quibus tres alij Syluiani nuper accedunt, à me primum in Anatomia Locupletata descripti, inferior nempe falcis, & laterales duo. Horum omnium pressior cum arterijs est copula; ex latere altero venis sociantur iugularibus, ad quas velut canaliculi illum sanguinem amãdant, qui in superflua cerebri nutritione ex arterijs venerat, ad inferiores iugularium venas, solito gyro rediturus. Vnde si rationẽ, vt par est, subducamus, ex necessario horum ductu expeditam delabentis causæ morbificæ ad partes in Angina affectas, collumque viam exstruemus solutionis, seu Criseos gratia, quæ subinde per narium hæmorrhagiam perficitur ex continuata longissimi sinus falcis cum summis naribus communione; nonnunquam & sępius quoq; per laterales sinus venis descendentibus infernos abscessu critico ad colli partes tentatur. Quanquam frustraneam non rarò operam ludat Natura ob impleti cerebri, & corrupti vehementiam, qua in sinubus grumescit sanguis spi-

ri-

rituum defectu,& ad nares corruptionis labe infectus,altis, putridisq; apthis commutatur. Cuius vtriusq; & sinuum,& nasi turpes facies in demortuorum sectione Maximus Seuerinus aduertit.

EXERCITATIO II.

De Anginosi Affectus Causis.

DVplici nomine causarum necessaria inuestigatio,ad intimiorem affectus notitiam,& feliciorem eiusdem curationem, quæ vtrumq; sequitur. Vnde natus magni Pergameni ex causa scopus,quem Præseruatorium passim, alibi Curatorium appellat, primum medẽtis consilium, cuius inuictam necessitatem quum perspexisset oculatissimus Seuerinus, maximum & Orbis, & amicitiæ nostræ ornamentum,eam in perquirẽdis pestiferi morbi causis adhibuit felicitatem, quam à tali ingenio nobis facilè promisimus: adeò in his virum se præstitit, vt quod addi, vel emendari possit,frustrà quæras, nisi crepidam Veneris cum Zoilo tibi resumas culpandam. Ego sanè de venenati contagij suspicione tam certus sum, quam qui certissimus, in qua demonstranda adeò anxiè sudarunt magnæ mentes. In eiusdem tantum natura hæreo,nec emergendi spes,si denegauerit manũ Inclytus Seuerinus. Qui nem-

nempe calidum,humidumq;sit seminarium, aut esse possit,in quo caloris, siccíq; clariora elucent vestigia.

Sicca aeris temperies, & calida, quæ ingratas has merces infausta aura aduexit. Vrentis pariter & torrentis sideris, quod à cauda minaci Cometam nuncuparunt, par in mortalibus effectus,ardentium febrium æstus,malignorumq; bellorum ignitæ faces Orbem iàm ferè totum,ab eo,quo visus fuit anno,miserè depascentes, terrarum siccitas, & sterilitas,de qua conquerentes audias nõ paucos gulæ suæ interpretes. Dehinc ingẽs faucium ariditas,à qua siti perpetua ferè diuexantur Anginosi,infelices siticulosi Tantali imitatores.Mox venenorum natiua cõditio,quam ex sicco plerumq; metimur,atq; eo magis quod ad lucis accedat proprietatem,vt libro primo, & secundo Operis nostri De Animantium Luce passim exposuimus,quo etiam vtuntur ductore siderei orbes, medio lumine noxias qualitates deriuari. Præterea,calori, siccoq; fauet naturalis Cœli,aerisq; temperies Ægypti, Melitæ, Siciliæ,Calabriæ,Apuliæ,Latij, Neapoleos, & Hispaniæ, quorum locorum inquilina hæc pestilentia censetur. Tandem non repugnat attrahentis in cerebro analogia,quę aeri illis qualitatibus misto cum spiritibus animalibus intercedit.Atqui nec pueri sicci sunt,nec tale est cerebrum, primarium , vt

eni-

euicimus, recipiens. Ingenioſum quidem, ſed cauſæ noſtræ ex ęquo ſubſeruiens. Puerilis quippe humidior ętas, cerebriq; ſimilis conſtitutio morbi augent magnitudinem, & periculum, quia nec ætati, nec naturæ familiaritate vlla contagiũ ſiccum ſimilatur. Quorum veritatem cuiuis notum Hippocratici aphoriſmi confirmat oraculum. Verſa autem vice, adultiores ætatum progreſſu facti, & ſicciore temperamento confirmati facilius contagioſam anginam perferunt, ſed difficilius inficiuntur, quandoquidem tum ad recipiendum promptiores ſint humidior ętas, & cerebrum flaccidum, quam ad patiendũ iniurioſam contrarię ſiccitatis actionem. Hæc pro calidi, ſicciq; contagij ſuſpicione, quum liberiori, vt meus eſt mos, calami ductu hic ſignaſſem, commodè ſubijt animum recordatio contagij controuerſi duplicem eſſe ſtatum, proprium vnum, alterum peregrinum, vel ſi Philoſophorum notiones acclamantem placidè feras, vnum per ſe, per accidens alterum: Illum in calore, ſiccoque naturæ ſuæ conuenientiore conſiſtere, hunc in cerebro acquiri humoris proprij, & alieni perfuſione, vnde humidum fieri venenum, quod ſibi relictum ſiccum fuerat, varijs, quibus abundat larga ſegete caput, humoribus admixtis, quod innuere obſcurius viſus eſt in morbo ſacro Diuinus Hippocrates. Equidem eo inuento medio non parum non læ-
tor,

tor,quod ſine vllius offenſa dubiũ apud me natum proprio Marte repreſſerim. Atq; de cauſa propinqua hæc occurrebant. Ad remotas referrem lubens,quod alijs intactum video,natiua Venereæ luis ſemina, vel à Parentibus ea labe infectis , vel nutricibus attracta,quibus deindè aeris nociui accedente malignitate infauſta copula nouum morbi genus productum , tanquam noua ex Hydro capita. Quò forſan venereæ luis collineant ſigna manifeſtiora , vlceratarum faucium, familiariſq; pleriſq; dictarum nationum veneni,cerebri primas partes exercentis,ratione contagij eiuſdem,vel eò per leuitatem delati,vel per oris ſuctionem attracti, aliorum populorum immunitatis,quibus licet calidis,humidiſq; ignotior hactenus libidinis huius fructus . Qui quidem quo pacto per interualla hos,illoſue aggrediantur , nolo poſt Mercatum Hiſpanorum doctiſſimũ plura condere , ne poſt Homerum Iliadam maiori auſu quam gloria videar tentaſſe. Cauſis externis toto genere alienis ſummo conſilio aggregauit cordatus iuxta , ac perſpicax Seuerinus,ciborum familiarium peſſimos ſuccos,quales ſunt herbarum quotidianus vſus,braſſicæ,lactucæ,& ante omnes fungorum,quorum venenatam qualitatem plenis buccis veteres decantarunt,in emendandis adeò ex arte ſolliciti, ſiue vomitu ſubitaneo,quod ſuaſit Scribonius, eoq; aquæ

calidæ potu,vt hortabatur Hippocrates, ſiue corrigentium miſcella, quorum accuratam ſeriem Celſus,& Plinius Valerianus texuerunt,vt & Macri varia extant, quæ

—— quoq; fungorum depellant ſumpta venenum.

EXERCITATIO III.

De Strangulatorij morbi eſſentia.

ABſconditus more ſuo naturalis morbi ſtatus,qui tot apud Libitinam abſcondit crudas ſimul & maturas mortalium animas. Expoſitus tamen in lucem ab eo, qui plures luci reddidit, quam ſorpſerat orcus. Aurelius nempè Seuerinus, aureus verè ſæculi doctor,& ſeueræ Philoſophiæ, quæ non verborum inuolucris, ſed rerum conditor, ſectator ſtupendus. Hic miram affectionis Ideam in ſyderatione cerebri,quam σφάκελον Græci indigitabant,corruptionem alij, pari eloquentia,& ingenio repoſuit, quod multis quanquam prematur difficultatibus, mearũ tamen partium duxi,egregium effatum explicare partim,partim vlteriori fulcro ſtabilire,ſi fauerit genius,nunquã alias iniquior.

Palmarium ſiderati cerebri argumentum præbent ipſa corruptæ eius ſubſtantiæ indicia ab Hippocrate de Morbis reuelata,quorum pleraq; ſuis expreſſa coloribus in Angina

gina peſtifera, me interprete, dignoſcas. Ex capite dolor vexat, qui ſi ſpinam occupet, vel verius penetret, muſculos laryngis, eiuſque neruos in tubera attollit, ſi penetrantis naturæ contrariæ licet ductu, per arterias, vel ordinario potius, ſuetoq; curſu per venas iugulares defluat liquati cerebri cauſa, ad cor animi defectum, ſudorem ex vehementiori naturæ conatu, & noctes ex dolore turbantes inſomnes obſeruabis: Si ad vẽtriculi vicini os delabatur bilis, aut pituita, malorum in cerebro cauſa Cardialgia excitatur, & ab acrimonia, putredineq; alter, vtrius eroſis venis, vomitus ſanguinis: Si deniq; perfecta ſit cerebri diſſolutio, ex eadem vehementia diſrupta ſanguinis conceptacula, arteriæ, venæ, & ſinus, ex naribus, qua via patet prima, hæmorrhagiam ſuſcipias alibi ſalutis, hic necis augurium. Alia non tangam ſigna ab eodem Oraculo profecta, quia cranij ſiderati ſunt τεκμήρια prorſus ab hac linea, niſi alterius luis ſit ſuſpicio excludenda. Signa dicta confirmant partis affectæ demonſtrationes ſupra appenſę, quarum ſtante veritate ſphaceliſmus facilè approbabitur. Atq; hoc eo magis quo alias non ſemel viſus fertur. Rarum eius rei exemplum in anatomia noſtra Locupletata memoriæ poſterorum ex Nicolao Fontano prodidimus, pueri cuiuſdam Amſtelodamenſis, qui paucis retro annis loco cerebri, & ſpinalis me-
dullę

dulle aquam limpidiſſimam ſectatoribus
oſtendit,ex liquata,putridaq; cerebri com·
page dubio procul expreſſam. Vt mirari nó
ſatis valeam Cardanum ſummum alioquin
naturę artificem,ſideratum vſpiam in ſectio·
ne cerebrum obſeruari, temerariè negan·
tem ſenſu oculorum repugnante, & ratio·
ne. Enimuerò vis ſiderationis,vt Hippocra·
ti, Galenoq; placuit, in corruptione firma·
tur,& vitio quocunq; quod bifariam ſuper·
induci ſum perſuaſus, à manifeſto nempè
cauſarum primarum incurſu, & occulta ve-
nenorum labe,ille calore, & frigore,hęc pe·
ſtilenti aura ſpiritibus, & toti ſubſtantiæ ini·
mica,conſeruante calore,& ἰδιοσυγκρασία par-
tis debellata,conſternit cerebrum, reſoluit,
& glaciei inſtar fundit,reliquaq; inducit,quę
νέκρωσιν adamuſſim redolent. Quam putredi-
nis ſpeciem mollis eiuſdem,humidaq; prin-
cipiorum miſtio tanquam ex facili ſequitur,
vt in nimio Veneris placidæ vſu experti plu-
res,quorum immutatam τοῦ ἐγκεφάλου ſubſtan-
tiam vidit in Epiſtolis Horitius. Rationem
ſuffulcit experientiæ fides fallere neſcia,
quæ cerebri abſceſſus,ſphaceli æmulos,ſępe
ſępius propalauit. Quamuis huius effati ve-
ritatem eo ſuaſus rationis momento nega-
uerit Serapion Arabum doctiſſimus, quod
tenſionem pars frigidior recipere minus vi-
deatur apta;tamē verior Aben Sina, vulgò
Auicenna,extenſionem cum nutritione, cę-
re-

rebro necessaria, pari passu composuit, & ex huius veritate, illius necessitatem summo iudicio induxit. Quod quotidiano rerum euẽtu prõpto astruimus. E nosocomio Patauino quidam præterito anno ex vulnere capitis accepto curatus, vt quidem credebat, quam certa salutis fiducia exiret, quadragesimo à vulnere die inopinata morte defungitur.

Causa exitij cum variantium opinionibus incerta esset, mox aperto cranio euidẽtius comparuit ingenti viso in substantia cerebri apostemate. Similem superior huic annus casus in Procuratore quodam Florẽtissimæ Nationis Germanicæ, quę Patauij in Orbis vniuersi supplementum, Musis grata, & Serenissimæ Reipublicæ Venetorum efflorescit, protulerat.

Hic ex leui capitis contusione neglectis per imprudentiam remediorum præsidijs primò pedum, brachiorumq; Paralysi mox maturo inde fato cessit. In eleuati verò cerebri systemate nullum alicuius momenti vitium, præter abscessum in opposito latere enatum comparuit. In eandem rem conspirat & Dodonæi obseruatio Lethargici à se dissecti, cui in anteriori cerebri parte abscessus repertus, & pus interiori cranij ossis parti adhærescens. Nec absimilis soporosus alter, Schenckio memoratus, apostemate castaneæ magnitudinis aqua repleto muccila-

ginosa,prope neruos opticos in media sinistri cerebri parte,nobilitatus. Quid autem longius abscessus ad has partes aduocari?

Propius instituto fauet Hippocrat. Aphoristica dicendi breuitate cerebrũ σφακελίζεσθαι certa dierum norma sanciens. De cuius tamen interpretatione, contentionis funem ducunt Eruditi. Galenus de sphaceli principio exposuit, eo ductus argumento, quod à perfecto nullus regressus. Applauserunt tanto viro Thriuerius, Marinellus, Hollerius, Mercurialis, alijq; Commentatores magni nominis,& eruditionis,qui imperfectum putredinis gradum cerebro condonarunt. Verum contrarij se præbuerunt Brasauolus, Cardanus, & Plantius; feruidè non sideratũ cerebrum, sed concussum à quacunq; siue externa, siue interna causa propugnantes. Σφακελίζεσθαι enim pro ἀποπλήττεσθαι nõ raro simili significationis flexu permutari à σφάττειν sine dubio,quod iugulare ex repentino ictu, vel casu,notat, vnde Apoplecticum cerebri affectum per siderationem illam ingeniosè cõmentus est D. Antonius Stella, Neapolitani Gymnasij non sydus solum, aut stella, sed Phœbus. Quo pertinent laudata Cardano, Schenckioq; percussorum exempla sine cerebri interioris offensa à solo concussu exitiosa,quippe violentiori motu turbati spiritus,& cõstricti,nisi mora tridui ad se, locũq; redierint,de Apoplexia conclamatum,vt fa-

cilè

cilè expressisse Cous Senex putatur. Sanè quanquam sua hæc stent probabilitate, nolim tamen in totum Galeni mentem repudiare, vt cerebri incipiens sit inflammatio, quæ ad naturam suam redeat, pure confecto, domata causa, & viribus à tertio die superioribus, quod ei in singulis humani domicilij particulis vsu venit. Quin si mei arbitrij essem, non tam principium solum, quam putredinis, perfectũ in Hippocratis sphacelo gradum inducerẽ. Hic enim, non imperfectus, breuem mortem accelerat, siquidem visæ apud Hildanum, Carpum, & nos quoq; cerebri non exiles portiones vulneratis excisæ sine vitæ noxa quidem, non putredinis particularis. Adhæc sideracionis illa species, quam lethalem inficiatur Hippocrates in Morbis, cum carie ossis capitis, & cuti vicinæ, & subiecto cerebro aliquam corruptionis labem impressit. Quo loco commodè istius meminero, de quo nuper summo artis detrimento mortalibus Io. Dominicus Sala, Dux olim in Praxi noster, Patauij referebat, in ipsa cerebri substantia gladioli impacti frustulum perpetuo, reliquo curato vulnere sine detrimento hæsisse, aut actionum incõmodo, nisi quod Comitiali morbo comite vitam transegerit. In quo profectò à sideratione minuta immune cerebrum extitit nunquam. Sola nos vrget adiecta Aphorismo clausula, reditum à sphacelo post ter-

tiam lucem non obſcurè ſpondens.

Quam equidem Martiani Hippocratis genij ſequutus ductum, tranſuerſo hinc ſtylo perfoderem, partim quod eius concluſionis non meminerit in opere de Morbis, partim quod inter ea numerari poſſit, quæ à curioſis ſectatoribus huic præſertim ſectioni affi-cta leguntur, quam querelam ipſe pluribus hinc inde Galenus inſtituit, tacitèq; approbarunt Senenſis Hugo, & Thaddęus Florētinus, dum munere explicationis fideliter functi, Particulam Septimam data, vt videtur, induſtria tranſuolarent. Quidquid autem ſit, horum ſyderationem anginoſam in duplici pono differentia, vel enim totius eſt cerebri ęquali tractu per vniuerſum eius Orbem cerebrum pariter, & medullam diffuſa; vel flaccioris partis ſubſtantiam inſedens. Huius rurſum, vel principium expendo, vel complementum, & vtriuſq; vel æqualem, vel inæqualem tractum, ex quibus futuri rerum euentus certiori augurio diuinabimus. Syderationem namq; totius, ſi ad medullam peruenerit, nulla ſalutis ſpes micabit, ſubitaneo inuadente exitio. Cuius ex Galeno ratio in Commento, quia affectus ſit grauiſſimus, & pars principalis, nobis intellecta, qui ſolam medullam, non cerebrum, nec cerebellum, partibus principibus accēſemus, à cuius quoq; nobilitate accidentium grauitatem penſamus. Minus à reliqua cerebri

ſub-

substantia periculi, tum maxime vbi & inæqualis sit, exclusis vasis, membranisq; & inter initia putredo versetur. Non tamen vt ideò cerebri laudem apertionem, quam proposuit in sphacelo Hippocrates in coacis, & post eum Hollerius. Quia in perfecto sphacelo frustranea, in incipiente periculosa, ipsoque malo acerbior. Cœterum hoc agmine ita ordinato, facile erit dubitantiũ difficultatibus occurrere. Principio durum non abs re videbitur cerebri in angina corruptionem, nullas febres, phrenitidesue sequi, quam ex leui quocunq; cranij vulnere, to insurgant symptomatum monstra, & cita mors. Dubio difficili varias adaptabo responsiones, quas pro cuiusq; palato quiuis seligat. Scilicet nouum in morboso statu non est exigua vulnera plus partibus principibus nocere, quam abscessus, vlcera magna, simul, & ætate, & more, quemadmodum singula percurrenti patet. Pulmo vulnerum impatientissimus vomicas, tabidorumq; vlcera in multos annos perfert, propriamque substantiæ corruptionem tanquam in sinu anguem circumfert. Nobilissimum cordis viscus abscessus patitur in auricula, & in vtroq; sinu, tumores ibidem ex vario materiarum contextu ortos, calculos, vermiculos, pituitam, pinguedinem, vlcera, magno subindè temporum spiramento, quod vix aciculæ puncturam in sinistro admitteret.

Pari pacto vulnera, siue iecoris, siue vesicæ, siue intestini tenuis, siue deniq; transuersi septi pro lethalibus ablegat Cous Iudex, in quibus maiori vehementia tumores, vlceraq; & steatomata, lumbricos, & quoduis insecti genus patientissimè distinguas. Quorum singula ex Authorum diligenti lectione, plurima ex propria experientia, alibi fusius enarranda, non dubia fide mutuor. Diuersitatis autem ratio, si de cerebri constitutione loquamur, ex qua reliquorum fiat iudicium, ex tardiori vlcerum, tuberumq; generatione, & illabente aere, mea quidem coniectura emergit. Successiuo quippe congestionis momēto cerebrum in sensu pigrius, putredinis noxam velut consuetudine familiarem sine subitanea totius immutatione amplectitur, donec virus totum compleuerit orbem, singulari præsertim cranij, membranarumq; obuallatu ab aere tutum externo, adeò in vulneribus capitis fugiendo, vt si exactam qualitatum symmetriam excedat, certum, & maturum ægro fatum acceleret. Addo solutioni prædictæ peculiarem veneni proprietatem, quæ in pestifera angina natiuam cerebri temperiem ad sphaceli cōtrarium habitum sine inflammatione primorum elementorum sobole, apta est flectere, non alia sane ratione, quam cordis naturam sine febre nō rarò pestilentiæ lues infringit. Opponent & similitudinem, vel si Philoso-

pho

pho esse licet, idētitatem morbi huius cum Caro, soporoso affectu, alijsq; quibus sphacelus cerebri communis videtur; Verumenimuerò & affectus sede, quæ his particulæ tantum cerebri, illi sępius quoq; oblongata medulla, & effectrice causa separantur, illi aura quædam maligna, his ex communiū humorum aliquis nascendi debere occasionem. Atq; ex lęsa medulla, quo fato neque Apoplexiæ, neq; Epilepsiæ anginoso morbo inducuntur? De vtrisq; sanè iam dudum fuit suspicio, nec dubitarem euenire vtrumq; si per veneni vim diutius pausā fecerint Charonteæ Cymbæ. Imprimis augetur de Comitiali affectu coniectura, ex natura ætatum teneriore, spuma circa os morituris, & diserto Aetij testimonio, qui infantes hac aura circa collum afflatos plurimos in vlcerum repurgatione conuulsionem passos asseuerauit. Id quod neutiquam de vehementiori conuulsionis specie, aut Epilepsia sed leuioris saltus aliquo, aut contractionis gestu efficto, qualem in pueris alias vidimus, libentius interpretarer, quia pestiferæ suffocationis hæc est indoles, vt sine vulgatis symptomatis medullæ nobilis exitium moliatur.



EXERCITATIO IV.

De Curatione per Vomitum.

IN angina suffocatiua primas vomitui partes assignat magnus noster Seuerinus. De cuius consilij veritate, vt verum fatear, impensè semper dubitaui. Omnia discussurus quę in contrarium obuerti possunt, experiar fauentis genij ductum, an calamum dubium in Seuerinianam opinionem flexurus fortassè sit. Adhuc enim dubius hæreo varia argumentorum serie promotus, quæ ex Indicantibus, vt vocant, Permittentibus, & Prohibentibus in anginæ pestiferæ scenam prodibunt. Initio quidem ab angina pestifera non indicari vomitum, dispar vtriusq; ratio ostẽdit. Illa enim morborum, quæ corpus miserum vexant, acerbissima, & maxima censetur, siue motum spectes, siue morem, siue partem affectam intuearis, siuè symptomata parem affectionem comitantia. Vnde remedia postulat virtute non inferiora, siquidem ex Lesbia medentium norma, magnis morbis remedia magna applicentur, quorũ vicem vomitus non supplet, nusquam inter magna auxilia ab artis nostræ conditoribus repositus. Ea enim nominis prærogatiua gaudent tantum venæ incisio, & per aluum purgatio. Neq; peccantis humoris situs vomi-

mitum indicare potis eſt. Oraculum eſt magni Præceptoris noſtri, morbos ea parte, qua proximi ſunt, educendos, & qua parte ſingulis patet exitus, illac extrahendos. Noſtræ autem affectionis noxam non ventriculi ambitus complectitur, ſiue cauſam mali conſideres, ſiue malum ipſum, ſed illa cerebro, hoc partibus collum componentibus inſidet, quas ſedes per vomitum proximum expurgari quis dixerit? Verum ex permittẽtibus inueniamus nè vomitum vtilitatem, iàm inquiremus. Primarium permittens ſit robuſtior corporis conſtitutio, ſiue quoad vires, ſiue quoad confirmationem, mox ſufficiens ætas, temperamentum aptum, & tãdem conſuetudine acquiſita vomendi facilitas. Hæc in morbo anginoſo puerorum deficiunt omnia, qui corporis naturalem imbecillitatem minus reſiſtere potentem, ætatem puerilem, & ignotam conſuetudinis intercipit, imò humida carne præditam, de qua cautione Hippocratis extat effatum, in veratri vomitorij nempè remedij vſu, vitandos maximè humida carne præditos, & ſubſiccos, & balbos, & blęſos. De prohibente ætate Aetius, & Plinius cum ſenectute puerilẽ coniungũt ad veratri vſum ineptam. Quod ideò amplectimur libentius, quia & vires in his, qui peſte hac corripiuntur natura partim, partim morbo debiliores, quã conditionem ætati puerili prohibentem,
addi

addi voluit in Emeticis Petrus Castellus, vir Maximus. Prohibentium vomitum in angina nostra numerum augent imbecillius puerorũ caput, colli vitiũ & thoracis affectus. De capite Celsus pronunciat: Quibus caput infirmum est, maximè alienus vomitus est. Et suadet ratio vehementiori stomachi motu eleuari ad caput per se imbelle vapores, turbari spiritus, & concuti membranas magno ægri capitis damno. Quanquam Celsus vir eruditus Emeticorum fautor de capite non morbo, sed natura imbella, laxo, & raro interpretetur, nostri instituti tamen iuuat conatum puerorum naturalem cerebri flaccitatem ex mala conformatione, & seminarij parentum veneni, & aeris pestiferi influxu dolentem, quibus ad siderationem peruenisse supra ex Seuerini mente demonstratum quum sit, maiorem sanè capitis imbecillitatem nec vidimus, nec cõcepimus. Vomitum quoq; in gulę apparatu morboso damnant certatim omnes antiqui pariter, & nouitij. Rotundo sermone insinuat Arabum Princeps Aben Sina noxiũ vomitum iis, qui pectus strictum habent, & malè anhelant, collum gracile, & apostematibus, quæ in ipsorum gulis nascuntur, apto. Profectò si dispositio colli nuda ad apostemata purgationem per superna inhibet, quanto vehementius præsens iam gulæ abscessus? De quo clarius Galenus commen-

mentatur de humoribus,cauẽdum monens, ſi quem in gurgulione, aut faucibus,aut ceruice,morbus exercere conſueuerit. Quorũ authoritates inuicta firmabo ratione. Vomitus quippè in abſceſſu colli anginoſo materiam ex ventriculo noxiam reuocat ad affectam inſigniter partem,conatuq; vehemẽti eandem irritat, & ſi dicere liceat, contra omnem medendi regulam,quæ per partem affectam expurgari humores concedit nuſquam,curatione defungitur. Simile de affecto thorace,contentiſq; in eo partibus iudicium,quæ non alibi magis quam in ſuffocatorio hoc puerorum affectu à vomitu dilacerantur, vbi & reſpirationis adeſt difficultas, cordis defectus,& ſuffocationis periculum. De hoc Sibillæ folium Paulus Ægineta recitauit,vbi vomitus commoda ad examẽ vocans, aduerſari refert ijs, qui ſuffocationibus ſunt opportuni. Reliquorum veritatẽ teſtimonio ſummi Medicinæ reſtauratoris Pergameni tueor, qui libro de Humoribus in purgationibus per ſuperiora tuſſes ſuadet obſeruari, aſthmata, interna vlcera,ac pulmonis tabem,iecinoris pariter colliquationem,& ſanguinis ſputum.Quo cum ſentit & Aetius fideliter de Vomitibus monens, ſanguinis reiectioni contrarios eſſe, ſtrangulantibus vteri, naturis nauſeabundis,animi deliquijs his qui à ſuffocatione aſſiduè vexãtur, & qui ex qualibet occaſione caput dolent.

Ho-

Horum autem ſymptomatum ferè omnium συνδρομὴν quum in Pædanchone oculata fide aduertamus, miraculo ſanè non caret vomitum pernicioſum in ſalu is vocari auxilium. Vt ſilentio præ eream reuulſionis, & euacuationis modum, per inferiora tentandũ, contraria videlicet ad partem laborantẽ via, per vim quaſi reuocari. nolente & natura & ventriculi ſtructura, in primo præſertim vitę limine, inglutitioni deſtinata, non contrariæ regurgitationis officio, à quo & animantia cętera, & ſtomachi rotundiora fibrarum oſcula, poſt paſtum velut fine naturæ adepto concidentia abhorrent. Et hæc quidẽ contra vomitus vſum animo concepi. Quibus an aliquid ex veritatis fonte reponi queat, porro videbimus. Non latet mihi difficile ſaxum volui, ſed obfirmandus animus ſeria naturæ cogitatione, vt ad vtranq; controuerſiæ partem promptum ſe exhibeat, & indifferentem, qualem ſubinde Amicorum gratia Sceptici indui nus. Ad primum quod de minori vomitorium, quam requirat morbus magnus, efficacia; non vno modo reſpõdere parati ſumus. Enimuerò vomitum replicabimus in fortiori medicamentorum cenſu haberi, quam purgantia, vndè valentibus ta tum helleborum propinat Hippocrates, purgationem per inferiora, debilioribus. Quodq; inter mag a remedia à Galeno exulet, duplici factum reor de cauſa, ſeu

quia

quia propositi memor duo summa genera remediorum constituens, diuersorum eradicatiua, sanguinis nempe, & humorum aliorum, sub hac purgationis nomenclatura etiã Emetica comprehenderit: siue quod minori loco, remedij hoc genus, æstimauerit, quo sanè titulo malè ab Eruditis Hippocraticæ antiquitatis sectatoribus Pergamenus audit. Quod si id nolis responsi, debiliorem morbo vomitionem nullo meo damno assumam, sed optimo medentium instituto, morbi non satis cogniti exordio debiliora tentantium, ità viam monstrante Coo sene libro de Locis. Quin ex sententia scholę communis, pręparationis munus aggrediatur, dum ad maiora illa pręsidia aditum sternat securior. Verum ex rei veritate, quocunq; remedij gradu vomitum habeas, præmissa venæ apertione, magno vtiq; auxilio, reiectionem per os pręcipit ingeniosus Seuerinus. Maior ex situ humorum vrget nodus, qui cum Pædanchone non sit in ventriculi cauo quærẽdus, sed thorace collo intermedio, & capite, frustra vomitum sine vtilitatis sensu molestum excitabimus. Hunc vt soluamus, distinguẽda semel vomitus indicatio primaria ab illa, quę secũdaria dicitur, seu per accidens, deindè inter causam pręeuntem, seu fouentem, & coniunctam, mox inter symptomata, & morbum accurata hic separatione vtendũ. Primariò quidem vomitum indicat præsens in ventri-

culo materies, secundariò verò vicinarum partium plenitudo, siue ob communem reliquarum partium cum ventriculo consensum mediantibus membranis, vasis, & vicinitatis iure, siue necessaria sequelæ ratione per reuulsionem humorum, & antecedentis causę, forsan & fouentis euacuationem; siue deniq; per vicinarum compressum, qui partim remotis ordine recto communicatur, partim quiescentem singularum vim ad expellendũ suscitat. Et quamuis morbum pressius non tangat in cerebro fixum, sat tamen fuerit, si causam fouentem detrahat, leniat symptomata, quæ ob instans suffocationis periculũ, vniuersam ferè ad se operã trahunt, & morbi prauam sobolem in collo manifestã vel exterat, vel imminuat. Quo id autem fiat modo, post pauca edisseram. Iã ad singula progredior. Vomitum dixi scopo principali ex ventriculo latentem, impactũq; arctius morbi puerorum anginosi causam expiare, quæ fomitis instar perpetuo noua mali incremeta capiti, collo, & thoraci suggerit, siue bilis feruidioris sit substantia in æruginis iam, vel porri malignitatem transmutata, siue pituita candidior, quam auida puerorũ ingluuies quotidie generat, siue sporadici veneni ęmulæ putredines superiora partium affecta fouẽtes. Seruit insuper expurgandę vicinę medij ventris regioni, in quam per arteriam asperam ex fauciũ voragine destillauit labes,

su-

suscitata respirationis difficultate,& in superioribus quoq; extremo suffocationis periculo. Quippe excitatus à vicino ventriculi, septi medij,& musculorum motu pulmo,cōstringitur simul,& dictum factum exprimit, quicquid in eo purulenti collectū hæret. Cui motu subsidiaria pharmaci vomitorij, præsertim Antimonij, opera accedens selecta illa trahendi qualitate peccantis puris particulam ad stomachū vocat, vel recta per sputum secernit. Non alia quidem ratione, quā in tuberculo pulmonis cū vomitu pharmaci vi concitato pus consequutū in l.de Morbis Hippocrates prodidit. Non id per sputū solum,vt arbitror,sed immedia o ad ventriculū ductu per phrenicas arterias ex Diaphragmate productas,vel cœliacas venis ventriculi per anastomosin cōmissas, vel alia quacunq; via ignota,quā indigna subinde natura ex se modo facit,modo factā inuenit. Expeditiori modo gulæ partes in Pædanchone vomitu inaniuntur, ab Emetico videlicet pharmaco transeunte,partim resoluente cōpactam in tonsillis pestem,partim inflammationē temperante, partim quoq; concussione partium communi spontaneam adiuuāte excretionem. Parem,si non maiorem ex vomitu vtilitatem experitur caput in abscessu puerorum suffocatorio primario tentatum, primo materiæ fouentis reuulsione, qua ex stomacho retracta,sponte sua succedit capi-

tis

tis inanitio tanquam iure successionis ad inferiora prolapso veneno ꝙ technica quoq; medicaminũ attractione perficitur.eo planè modo,quo per masticatoria,& nasalia fluctem humorem elicimus.In quo rerũ conatu conturbatur cerebrum, & proprias partes constrictum vehementius agit, ad ventriculi membranarũ contractum se componendo, continuata partium inter vtrũq; compage, quæ ad alterius motum mouetur, & ad constrictionem pariter retrahitur. Quod superioris purgationis beneficiũ non capiti per aliarum partium consensum solum, sed & ἰδιοπαθείᾳ affecto salutari euentu præbetur, vt sexcentis in locis profitetur. Antesignanus noster Hippocrates,cumq; vno ore sequuti omnes, qui Diuinæ Arti nomen suum inseruerunt.Cętera permittentium dubia ad indicationem Virium spectant, temperamenti nempè,ætatis,consuetudinis, quæ quid agẽdum non prohibent, sed mensuram singulorum,quam quantitatem nuncupat Galenus, vt in puerorum morbis, depilium, aut insuetorum non sit adeò fugiendus vomitus, quã hu us in debita ætate,viriumq; me sura excedentes vsus gradu minori temperandus, & quantitate.

Q o digitum intendit Oraculum Coum in Mo bis, ad aphtham pulmonis curandã, si pot ns sit ægrotus,Veratrum per se, sin minus,potionis dimidium exhibendum sæpissi-

pissimè præcipiens. Qui indicantis vomitus specificus gradus in electione materiæ medicinalis quoq; ad vsum ætatis puerilis, & téperamenti, variari abs re non erit, vt nos non promiscua electione Pædanchonen vomitu, seu veratro, cuius iam ob ignotã præparandi rationem inoleuit ferè vsus, seu alijs vehemẽtioribus curemus, sed benignissima stibij salutaris præparatione, quam in omnẽ formam mutatam pueris anginosis innumeris innoxiè exhibuit Seuerinus verus Parthenopes Machaon, & ipsi filiolo Hyacintho, quem dulcedine auxilij adeò cœpit, vt singulis ferè mensibus à Parente sũmo precibus non fictis perpetuum vini eius haustũ viderim extorsisse, ea tamẽ cautione, vt ætatis puerilis intuitu poculum exigua dosi dilueret. Eam medicaminum selectionem antiquis fuisse vsitatam in virium infirmitate nõ inani coniectura assequor, debiliusq; veratrũ nigrum fortioribus albũ pręparasse. Qua distinctione vis aduersantium nobis authoritatum euitatur, quarum aliquæ à pueris vomitũ prohibebant, admittebant aliquæ, idq; nigrum Elleborum, quem albo præferunt ob temperamenti mediocritatem Mesues, Mathiolus, & Condronchus. Quæ opinio nostra noua ex textu Hippocratis in acutorũ victu nata, qui valentes elleboro albo reuellẽdos signata oratione notauit. Notandum autem ad vberiorem argumenti solutionem, vitiũ,

ætatisq; robur nunquã adeò in Pædanchones principio disiectũ, nisi fatale portendat exitum, nulli remedio tentandum, vt leniam Emeticorum repudiet medicamenta, namin vigore morbi libētius ijs abstinemus. Cõsuetudo prorsus ἀπροσίνησιν, quæ ea est ætate, vt cum alijs ortus sui initium sine discrimine capiat, facili scilicet ventriculo, & laxo, humorũ in eo copia, victus ratione humidiore, & reliquis ad sequendum artis Medicæ ductum quam promptissimis.

Nec magnopere prohibentia stringunt, quanquã & capite laborent anginosi pueri, & collo, & thorace. Repleatur sanè caput excitato vomitu? ea facilitate euanescent subitanei illi vapores, qua generati fuerunt, (cessante conuulsiuo vomitus motu, quo eleuati spirituum in morem ex stomacho prodierant) siue per nariũ decliuia, siue insensile discussum, siue condensati à cerebri frigiditate per palati infundibulũ secesserint. Quo minus autem mala capitis dispositio vaporibus excitatorum in vomitu humorũ affligatur, obducendam capiti fasciam ex linteo artẽ pramonuerunt Authores nostri. Quod si infirmius sit caput, quam vt vomitui resistat, Emeticorum fortium vsu minori, quoad ferre possit, permutandũ cẽseo, de qua Emeticorum vehementia, non tẽperatura parti debita, explicandus omninò Cælius, vbi vomitũ infirmo capiti alienum stabiliuit. Quũ alibi

alibi ipse cũ tota antiquorũ schola vomitũ probet in vlceribus capitis, insania, melancholia, apoplexia, Herculeo morbo, hæmicrania, cephalæa, paralysi, & reliquis affectionibus penè omnibus, quæ caput imbecille vexant. Sin eò peruenerit anginosi puerorũ capitis status, vt sidera imitetur, deposito vomitus consilio conclamandum.

Grauius contrariæ sententiæ pondus suggerit pars gulę offensa, inflammatione, & tumore, per quam nouum materiæ fomitem ducit euomitio. Sed perit apud nos argumẽti vis, qui Seuerinum omnia meditato iudicio pensantem, defendimus. Enimuerò per partem affectã euacuationis ergò peccantẽ causa ducere, inauditum Asclepiadis non est, qui intestinorũ vlcera, seu Dysenteriam per aluum curant, menstruorum quoduis vitium per os vteri, per vrinæ ductus eorundẽ ęgritudines ducunt. Vnde maiori securitatis fiducia anginam per vomitũ tentamus, à latere tantum affectas tonsillas lambentem, & in transitu materiã tuberosam simul, & damnũ inflãmationis soluentem, quod vt per partẽ lęsam fiat cõmodius, cito transitu totũ opus absoluunt Emetica. Damnũ verò si quod est, maioris beneficij cõmodũ compensat, quẽadmodum in re parũ dissimili ad Methodũ inculcauit Galenus. Purgtiones per alui extrema tentari hoc casu neq; debẽt, neq; possunt. Non debent ob malignæ naturę [illegible] ę ne-

cessariam copulam,qua oleum igni adderet,
neq; possunt ad tardiorem motum, quē pe-
stilens angina,nullius moræ patiens,non ex-
pectat.Naturam contrariam frustra inculpa-
mus,quæ omnem ęquo animo excretionem
didicit perferre,ambiguis ad id negotij fibris
non expellendo,sed firmando ventriculo di-
catis. Claudi quidem ventriculi ostiū vltrò
dederim,sed coctionis tantū spiramēto, quo
vomitum noxiū planè damnamus ex Galeni
de Phlebotome cōtra Erasistrati sectatores
disputatione.Quibus omnibus pro re nata in
vtramq; sententiam ventilatis,& difficultatē
agnoscas,& Seuerini ingenium diuino instin-
ctu omnes superās,quod vt vlterius admise-
ris fauentia vomitui Pædanchones momēta
strictim pertexam.Agmen ducant claræ Au-
thorum nostrorū voces,Celsi nēpe,& Aetij,
quorū ille ad linguæ resolutionem, & spasmū
Cynicum,hic ęgrè spirantibus, vt & anginis
occultis,manifestisq; Emetica probauit.Nec
vtriq; ratio defuit,si æqua mecum lance rem
expēdas.Quippe excitatus motu vomitorio
linguæ calor resolutionis damnum facilè re-
sarcit,& vibrato flexu spasmū reducit,ab ar-
ctiori autē materiæ infarctu excitata respi-
randi facultas,eadē compressione resoluitur.
Quorum pressis insistunt vestigijs æui nostri
Doctores quidā pręsertim Spàgyrici Hart-
mannus,& Faber,vterq; in arte exercitatus,
nullum pro angina pręsētius remedij genus,
quam

quam per superiora reiectionẽ, experientia edocti. A qua sanè angina simplici ad pestiferam vi maioris argumenti valet demonstratio, quam ἀντιπηγής vrbis nõ ità pridem infectæ, terror Charontis, & solatium viuorũ Seuerinus sæpiculè expertus est. Idq; præmeditato medendi conatu, quem vlterius inuicto argumentorũ apparatu laudabo. Nã magnis morbis paria debẽtur subsidia, & acutis, pestiferisq; διαθέσει, quæ cum mora certum trahunt exitium, eadem celeritate, & salutifera natura auxilijs, quã fieri potest citissimè occurrendũ. Quos perfectionis numeros solus implet vomitus, non quiuis, sed quẽ ex antimonij puluere inuexit perspicax Seuerinus, siue ipsum expendas subsidium, siue subsidij materiam. Remedium ipsum cito transitu, & vehementiori partim abscessũ gulæ suffocatorium resoluit, partim resolutum euacuat, partim nè in principio cõgeratur accuratius prohibet. At remedij materia quid non confert? Malignitati pestiferæ contrariatur, & sũmo opis experimẽto malignis se febribus applicat, inflammationem gulę sedat, vel extinguit, contra quam operantur alia siue Lorum Scribonij, siue Verat ũ, siue Nicotiana herba. imò quod mireris magis, statim vrgentissimã præsentaneo iuuamento debet, vt de quodam felicissimè Neapoli à se curato mihi testatus est Seuerinus. Hæ antimonici poculi sũt dotes, hi effectus, propria quasi pro-

prietate anginæ peſtiferæ inſidiantes. Hæc præter duplicem fructum ex totidem vomitorij regreſſu imaginor,& impreſſam ab eo in affecta parte virtutē eo diſcedente,adhuc ſuperſtitem. Tandem,vt probare probatiſſima finiam,eo magis in angina eligendus vomitus,quod ſubindè naturæ ductu fiat, hanc viam in Pædanchone monſtrantis. Vt taceãt iam ſuſpiciones vomitui,tanquam contrariȩ naturæ aduerſantes,quem adeò quidam naturalem habent,vt non alia via excrementa naturȩ deponant. Id in vtroq; animantiũ genere obſerues,homine brutiſque. Præteritis retrò annis per Italiam cȩteram, & Pataui, me præſente,oberrabat vir quidã conſiſtentis ætatis,& benè habito corpore,cui Annæ nomen ob fȩminæ primam faciem inditum fuerat. Huic cum à primis incunabulorũ annis clauſus eſſet & anus,& vrinæ meatus,naturæ quadã facilitate duriora coctionis primæ recrementa ſtatis periodis per os quotidie regurgitabat,aquoſum verò ſecundȩ coctionis ſerum per fungũ quendam ſpongioſũ ſub vmbilico pendulum exſtillabat, quã hiſtoriam alibi in Opere de Fungoſis Morbis clarius pertexinius. Viperis eadem excernēdi per os ſuperflua,naturæ eſt conditio, quia in inferioribus patentē exitum genus denegauit,nam quotidiana de canibus,hoſq; imitaturis hominibus vulgata, & domeſtica, in prȩſentiarum tranſmitto ad finem properãs,

&

& totius disputationis terminū duplici omninò distinctione signandū. Vna erit Morbi, & Causæ, altera temporū vtriusque. Morbus summus, totam cerebri substātiam irrigans, frustra Emeticis expugnatur, nouitij verò, & lenioris, siue in capite, siue collo affectionis constitutio purgatione supera, velut diuina virgula, exanimatur. Causarū in ventre præsentia duplici tempore definitur, vel morbi principio, vel declinatione. Vtroq; momēto Emetica frequentiora suaderem ego. Ibi ad exturbandum causarū cumulū, hic reliquias fortè ab affecto loco delegatas, extergendū. Sed contra murmurantes audio, concocta in declinante angina grauitate sua ad aluum vrgere, non stomachum. Cui dictum velim grauiora etiam vicinis locis expurgari, vt in capitis vlceribus, pulmonumq; purè docemur, & ventriculum collo proximè subiectū, tonsillisq; arte irritādum si sponte nolit. Deniq; quod primo vomitui obuertitur ex Hippocrate in victu acutorum veratrum grauiter damnante, si inter initia versetur inflammatio, nostræ anginę iugulum non petit, quia malignitaris certā excipit suspicionē, cuius nulla, si differatur sperānda maturitas.

Ad summam complemēti dicam vnū. Satius est paulo vehemētioribus auxilijs naturæ periclitanti opitulari, quā benignioribus vtendo medicamentis naturæ proditorē haberi; cum, si vires ferant, nā in earū debilitate

nunquã magna remedia sunt adhibenda:quę verba sunt Rasis in continẽte:cui adstipulatur Iac. Fontanus in meth. l. 3. par. 3. c. 7. q. de regulis Therap.

Atq; hęc pari cũ calamo passu euomui potius, quã scripsi, & reieci in chartã, antequã concepissem, in iustam vomitus ab Excellẽti planè viro propositi laudem, cuius exactam omnia sapiunt digestionem sine vomitu, aut nausea, vt merentur, amplectenda.

EXERCITATIO V.

De Sanguinis missione.

PHlebotomiæ inflammationibus necessitatem hactenus negare ausus est nullus, quanquã de febribus aliqui dubitarint nouitij, qui in earum causa à cõmuni scholæ diffident. Neq; anginę pręsentius remediũ nouit antiquitas, salutari venę sectionis vsu, qui subitaneo auxilio, confertimq; cruorem, siue læsis partibus insidentem, siue ad eas accedentem exhaurit. Quę quum in Pędanchone acuta concurrant indicationes, de remedij genere nos securos iubet ratio, & experientia. Accedit autem huic anginæ ignota alijs inflammationibus pestilẽtia, cui ideò aduersatur sanguinis turbatio, quia ad interiora inanitis vasis venenata vis recurrit. Pro se, febreq; pestilentiali respondeant, qui id saxũ operosè voluunt, ego anginæ pestilẽti minus

pe-

periculi timeo, quod veneni noxæ intra colli ambitum constringantur, huic parti adeò sit propria, & determinata pestis, vt extra eam veneni deponat nomen. Certa enim singulorum membrorū venena scimus alias partes sine damno occupantia, quæ apud Authores sparsim legūtur. Vnde retrahatur licet ad interiora ex colli regione infestus gulę sanguis inani sanè metu cętera percurret. quanquam difficultas hæc ex loco secādo, de quo inferius, pressius soluatur. Sed prohibent tenuiores vires in acutis morbis, malignisque consuetæ & ętas puerilis huic malo familiaris, quibus vtrisq; noxiam phlebotomiā Galeni sexcenta loca clamant. Virium quidem in acutis iacturam maturū anteuertat ex sāguine auxilium in morbi primo insultu præmissis præparantibus tentandum, ne mora longior salutaris remedij tēpus interturbet. Phlebotomiam autem in pueris tum demū damnat Galenus, etiam maximè necessariā, vt in Angina, Pleuritide, & si ad animi vsq; fiat deliquium, adeòq; non absolutè ex ętate sanguinis prohibet missionem, sed quantitatem determinat, quemadmodum optimè, vt omnia, mentem Pergameni contra Siluaticū in Abusu Phlebotomiæ explicauit Petrus Castellus. Vel dicendum puerorum naturā Galeni ęuo imbecillem tractu temporū sumpsisse augumentū ex mutata viuendi regula, quæ iam vinū etiam in cunis concedit olim

æta-

ætati huic interdictũ. Nusquam sanè gentiũ religiosè adeò ætas illa habetur, vt quondã visa est. Memini enim Parisienses Medicos Principi Delphino, nunc Regi Christianissimo vix bimulo aliquoties aperuisse venam, alijsq; idem permisisse. Nec ætati parcunt Hispanorum Æsculapij. In Septentrionali contra regionũ nostrarum plaga ante annos pubertatis nũquam ferè puerorum phlebotomen tentant, vt illuc terrarum, Romanum Galeni Cœlum migrasse crederes. Ratio in externo frigore, humidioriq; corporum tẽperie firmatur; habitibus candidis, ac mollibus, teneræq; carnis, quo charactere sui sæculi Gallos describebat Galenus.

Quidquid horum sit in Pædanchone necessariam sanguinis immutationẽ verò largiuntur omnes, vt frustra sim, si id fusiori calamo persuadeam. Aliquid tamen locorum differentiæ dandum, quæ vt hominum tẽperies, ita medendi rationes subinde immutãt. Ansam moniti præbuit laudati Castelli inter nos Messanæ hac de re ortus sermo, quo in angina ea pestilenti nullo successu phlebotomiam ibidem institui certam fidem fecit, sed omne præsidium se in detersorio, & medicato simplicium syrupum seu Violam, seu Rosam poculo nõ fallaci experientia collocare. Causam in tenuiore Siciliæ aere, & biliofo, adustoq; incolarũ temperamento, nisi me fallit coniectura, referrem, quod non sangui-

gui-

guine,ſed alterantibus no andum. De loco maior inter morbi noui curatores diſſentio, quæ ad duo referuntur capita,pars enim extrema pedis ſecanda, alij iugularium vicina ſuſtinent. Sed ex duplici ſectionis fine lis dirimenda,nam vel reuulſionis gratia inſtituitur,vel deriuationis. Illa remotiſſimas partes quęrit,hæc vicinas.Ex alterutra vt in Pędanchone fiat electio , vrgentior hic ſcopus iuſta fidelitate expendendus. Vrget inflammatio cum tumore , & venenatæ qualitatis ſuſpicione. Omnes euacuatione, deriuationeq; impacti humoris indigent , non reuulſione.Enimuerò hæc ad præcautionem augmenti vtilis, on curationem præſentis, quā requirimus. Illa cum opere ipſo citam perficit ſanationem , hæc ad longinqua trahens longiori mora ſpem differt,& auxilium in ancipiti affectus acutiſſimi momento protrahit. Illa venenatum ſanguinis contagium dicto citius exhaurit,& foras elicit , hæc ad interiora reuocat,& ingratum hoſpitem nobiliſſimæ arci obtrudit, adeòq; in eam nos conijcit difficultatem,quam ſanguinis in peſtilentia abſtemij acrius obuertunt. Vtriuſq; quippe ſectæ ſuppoſitione cor tranſit cruor, qui in reuulſi locum ſuccedit. Secta ſaphęna à venis trahit cruralibus,hæ truncum deſcēdentem rurſus ſollicitant,qui venæ cauæ fontem adoritur,à quo,vt iugulari, ſubclauiaq; cor influentem ſanguinem excipit.Aut ſi circu-

cu-

culum velis, apertæ pedis venulę à socijs arteriosis implentur, quę mox à cruralibus, & descendente arteriæ trunco, hiq; ab aorta continuo vale petunt, tādem per cor ex caua, eiusq; ascendente surculo ad hanc reuellendus humor transit. Vtroq; autem tractu quanto locorum ambitu, & quo detrimento affectæ partis, & admittētis cordis auxilium protrahat reuulsio sine me vasorum series loquitur. Vnde prudenter imprimis, & ad rem sagax ingenio Seuerinus, in Pędanchone pestilenti iugularis venæ sectionem summo successus emolumento induxit, quā in pari istarū partium affectu salutarem antiqui Medicorū Principes, Aetius, Paulus, Trallianus, Actuarius, alijq; non pauci commendauerant. Profecto siquidem in angina simplici, & si ad hāc fiat cōparatio, innocua, tanto successu iugularis apertionem experti sint omnium ętatum sapientes, maiori dubio procul effectu in pestilenti, hic coniuncta intemperie circa genus euacuatoriū versabimur, quia eliminari magis amat, quā vel corrigi, vel retrahi. Verū ex ea Phlebotome magnum contrariæ sententiæ pondus emergit. Obijciunt enim ad supremas partes factā incisionem aduocare potius sanguinē ad affectum locum, quam euacuare. Gordio nodo durior difficultas authoritatibus soluitur, & in rem nostram rationibus. Illas in Diatriba politissima Seuerinus attulit, has ex ingenio

nos

nos subminiſtrabimus. Negare vtiq; non poſſumus euocato ex iugulari, vicino tonſillis vaſe, ſanguine peccante, ſtatim immediato fluxu alium ſuccedere, ſiue ex caua aſcendẽte, ſiue arterijs carotidibus; ſed minus hoc mali eſſe, cõtra vrgemus. Putridus .n. tõſillis infarctus, ſuffocationis periculum intentans, & venenata vi præditus ſumma vtilitatis ſpe per ſectam venam confeſtim extrahitur, ſiue ex venulis partis, ſiue ex ſpongioſo tonſillarũ corpore. Cui quidem quãuis vel ab inferiori cauæ trunco, vel arteriarũ iugulariũ vicinis ramis recens, puriorq; ſanguis nulla peſtilẽtiæ labe infectus vtrinq; ſuccedat, nec ſubitaneum ſuffocationis inferet periculũ, nec veneni ſuſpicionem. Vnde nos, quia omne in exhauriendi ſanguinis celeritate præſidiũ, & certam curationis fiduciã ponimus, iugulares meritò cum Seuerino laudamus. Quid autem nouo fiat affluxui? Non ad curationẽ præſentis, ſed præſeruatiorẽ futuri mali, hęc cura ſpectat, quæ reuellẽtibus data occaſione tentetur. Cętera pro iugularis ſectione adeò feliciter expoſuit Author noſter, vt nefas ſit ſoli lucem fęnerari. Parua de Arteriotomia ſupereſt ambiguitas, quam nõ inutilẽ Pędãchonæ futurã duplici argumento ſuſpicor. Principio, quod affectibus capitis, quibus anginã peſtilentẽ ſuperius aſcripſimus, ſingulari partis proprietate ſuccurat. Oculis calido ſanguine, ac vaporum pleno turgẽtibus

bus arteriam inciderũt Galenus, & Paulus. Idẽ in Phrenitide nuperæ Panaroli Romani Medici obseruationes persuadẽt. Maniæ verò ad miraculum vsq; cum Ægyptijs suadet Seuerinus, quod præsente Mario Schipano grauissimo Parthenopes Hippocrate,& Celso rediuiuo non infeliciter cesserit. Morbo quoq; Comitiali idẽ remedij genus me præsente in amplissimo Incurabilium Nosocomio applicasset, nisi scrupulosũ aliorũ dissuasisset consilium. Quibus cum affectibus dum Pędanchone cognationem habet, in parem phlebotomen lubens cõcedit. Altera ab euidẽti ratione ratio succurrit. Dissecta quippe capitis manifesta aliqua carotidis arteria fluentem ad partem affectã alioquin sanguinem intercipit prõptè,& prõptius euacuat, hinc .n. partibus suggeritur sanguis, exindè per venas interspersas rediturus. Quod institutum, vtpotè pręseruationi dicatum, cõmodius peracta iugularium venarum euacuatione reseruatur. Modum autẽ ipsum sectionis, & sectę glutinationis dexteritati Chirurgici relinquimus, qui id ex Authoribus nostris expressius didicerit. Præter dictas phlebotomes species non iniuria de linguæ, nariumq; venulis dubitatur, an eodẽ medentiũ scopo veniant aperiendæ. Anginam certè exsectis sub lingua venis profligasse Medicorum antesignanos, extra dubitationis est aleã. Nec minora mihi ex narium, siue spontanea, siue
pro-

prouocata hæmorrhagia ſpondeo, quã maioribus venis in viriũ imbecillitate ſubſtituit Abenſina, apud Ægyptios adhuc nõ ſoli puerorum ętati, ſed adultiorum in omnibus doloribus, & capitis inflãmationibus quacunq; partẽ occupantibus frequentatã. Hancq; eo fidentius admitterem, quo puerili ſexu communior, ſpontè ſua natura plerũq; per nares ſe exonerãre, quod alibi inculcat Hippocrates, & rationẽ ex copia ſanguinis huic ętati, minus abſumẽti familiaris, Galenus repetit. Probauit eandẽ propria experiẽtia Amatus in febricitante puella annorum decem hæmorrhagia largiori à morbo liberata, nec repugnat Anatomica ratio eundem venarũ ductum à iugularibus ſolito carotidum arteriarũ commercio expãdens. Vim opinionis firmãt crebriores per nares in Pędanchone viſæ criſes, quas quia eò vergit humor, prudẽs naturæ imitator promoueat. Qua mẽte Ægyptiorũ medentes, teſte Alpino, criticis diebus, quum per ſtillas aliquot parciorẽ hęmorrhagiam præſagiunt, nares ad profluuiũ irritant. Irritandi autem modum varium diuerſi elegerũt. Ægyptij ſcarificatu totũ opus feliciter abſoluũt. Europæi pleriq; hirudines applicant. Setis ſuillis ſanguinẽ prouocabãt Trallianus, & Rõdeletus. Alię alias inuerũt rationes, quas longũ foret recenſere. Placet Niliaca ſcarificatio, nec diſpliceret ferro aliarũ venarũ inſtar reſecari nariũ vaſcula,

vt & aliarũ corporis partiũ,quæ inanitionis indigent. Nescio .n. cur hirudinũ tãctus apud mortales creuerit amor, vt quacunq; ætate, morboq;omni Neapoli,& Panormi frequẽtius applicentur,ex quibus tamen tot fistulę vlcerosæ in Xenodochijs quotidiè prostant. Quæ incõmoda ex maligna bestiarũ natura augentur,quã in Pædãchone,per se maligna seriò vitarẽ. Vt silentio inuoluã abominationis imaginẽ in sanguisuga expressam,quę remedij loco nobis habetur,quam pœnæ vice olim Numen voluit iusto iudicio mortalium cruorem lingẽtibus bestijs expositurũ. Quãtò melius barbara Indorũ gens hirudinibus aculeos substituunt canis cuiusdã Hoitztlacuatzin dicti, qui hirudinum instar partibus admoti,non prius decidunt, quàm sanguine cauitatem repleuerint,vt ex Mexicana Anonymi Historia apud Illustrissimum Equitem Cassianum à Puteo Romæ intellexi. In quo nomine, vt auspicatissimo, & Diuis sacro, sponte acquiesco,& ad eius limen pedem sisto,vbi pleno consessu Musæ omnes habitant,& Charites, nè vlteriores gressus malũ aliquod omen forsan offenderet. Quanquam plura suggereret genius, quæ in amicissimi Seuerini gratiã diffuso calami obsequio expenderem,malo tamen intra pauca subsistere,quam in pluribus errare.

FINIS EXERCITATIONVM.